

re. Quod cum tentaret, tandem ingens proferpit serpens: quem a cum carmine in foveam compellere nitetur, ille exiliens, incantatorem traxit in foveam, & enecavit. *Vier. de Præstigiis Dem.*

MIRACULORUM DISCRETIO.

MIRACULA VERA A FALSIS

QUOMODO DISCERNUNTUR.

Solent Theologi aliquot modos annotare, quibus Deus miracula sua à falsis, & suppositiis imposturis discernere conueyit.

Et quidem tria Theodoretus in maleficiis Pharaonis, qui emulati conabantur prodigia, quæ per Moysen producebantur, assignat.

Primo, mutabant, inquit, illi quidem virgas in serpentes, sed virga Moysis virgas illorum devoravit: mutabant aquam in sanguinem, sed sanguinem in priorem naturam reducere non poterant, prodaxerunt illi ranas, sed molestiam, & incommoda ranarum Aegyptiis auferre non poterant, sicut fecit Moyses. Concessit itaque Deus Magis talia facere, ut etiam B per ipsos castigaret Aegyptios: non tamen contentus Deus plagis à Moysè illatis, sed eas per Magos adauxit, q. d. Regi: Quia puniri te delectat, tuorum etiam serorum opera te castigabo, & gravius plebam.

Secundo, cum videt Regem ob id magis indurati, magorum facultatem cohibuit, ut qui majora animalia, puta ranas producebant, parvos cinipides producere non possent, cogitavit eos confiteri suam imbecillitatem, ac dicere: Dignus Dei est hic. c. 8. v. 19.

Tertio, magorum corpora pulvis afflixit, cap. 9. v. 11. ut tum illi, cum fatuus corpus Rex evideret cognoscere, quod non solum plagas à Deo immisas auferre non possent, sed etiam ipsi cum reliquis plecterentur: huc usque Theodoretus.

Quarto, his addit S. August. q. 79. inter 83. vera miracula à falsis discerni jure, id est, auctoritate & potestate, qua sunt: Magi, inquit, mira faciunt per privata commercia cum dæmone: Sancti vero ea faciunt publica administratione, & iustu ejus, cui omnis creatura subiecta est: Magi ergo per privatos contractus; Sancti vero per publicam justitiam hæc operantur.

C Adde quinto, qui faciunt vera miracula sunt fideles, probi, & sancti, ut plurimum, qui vero falsis faciunt, sunt improbi, flagitiosi, & sæpe malefici.

Sexto, quæ faciunt magi, sæpe sunt tantum phantastica, & simulata, id est, non sunt dururna, sed mox reteguntur eorum falsitas, & vanitas: vel sunt plane inutilia, immo etiam perniciofa: vera autem miracula sunt opera vera, & solida, & utilia hominibus, nec nisi magna quapiam utilitate, aut necessitate facta.

Septimo, magni in suis utuntur multis præstigiis, mendaciis, iudificationibus hominum, varisque signis, & figuris, v. g. litteris, & verbis, vel nihil, vel absurda significantibus, aliique superstitiosis ceremoniis, miscenque sacra profanis, itaque ea profanant, & contaminant: nihil tale faciunt Sancti: sed per preces, signum crucis, aliasque res sacras miracula operantur.

Octavo, magi, & dæmones mira faciunt malo fine, puta ob lucrum, vanam ostentationem, gloriam, vel honorem, ut divinum nomen, & cultum sibi conciliant; vel ut pervertant veram fidem, falsamque hominibus persuadent; vel ad patranda maleficia, & scelera, ut sunt furta, adulteria, neces hominum, & animalium: Sancti vero ea faciunt, ut Deum honorent, & glorificent; utque sanctam Ecclesiam ædificent, & illustrent, atque homines tum in corpore, tum magis in animo, & spiritu adjuvent. Magi, inquit S. Augustinus supra, faciunt quæ videntur miracula, quæ rentes gloriam suam: Sancti vero faciunt miracula quæ rentes gloriam Dei.

\* Miseria.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Miseria, Græcè ἀδύστη, & ἀδύστη, miser dicitur. Est autem miseria, copia tribulationis, & inopia consolationis, quando multifarie quis patitur, & à nemine relevatur, *secund. Aug. lib. 1. c. 11.*

Miser variè designatur ab Hebraeis. *Dial. exhaustus virtibus, & facultatibus, 1. Chetaleb. 1. pauper, & contemptus, 3. Eban, afflicus, xrumnosus 4. S. bomem. 1. desolatus.*

HUMANA CONDITIONIS MISERIA,

ÆQUE MULTIPLEX.

Generalis, & humano generi miseria triplex, si diligenter advertimus, nam & faciles sumus ad seducendum, & debiles ad operandum, & fragiles ad resistendum. Si discernere volumus inter bonum, & malum, decipimur: si tentamus facere bonum deficiamus: si comamur resistere malo, delinquimus, & superamur, *Bern. serm. 8.*

Sicut pura veritas non nisi puro corde videtur: sic miseria fratris non nisi misero corde servatur. *de 12. grad. bum.*

Homo natus de muliere brevi vivens tempore, &c. In foribus generatur, in tenebris confoveitur, in doloribus parturitur, ante exitum miseris oneramus matrem, in exitu more vipeo lacramus, mirum, quod ipsi non lacramur: primam vocem ploratus edimus, merito quidem, ut pote vallem plorationis ingressi, ut nobis illud S. Job ex omni parte possit aptari. Multis replerit miseris, multis, & multiplicibus inquam miseris corporis, miseris cordis, miseris dum dormit, miseris dum vigilat, miseris quocunque se vertit. *In serm. F*

Consideranti tibi quid sis, occurrit tibi homo nudus, & pauper, & miser, & miserabilis homo, dolens, quod homo sit: erubescens, quod nudus sit: plorans, quod natus sit: murmurans, quod fit homo natus ad laborem, non ad amorem: homo natus de muliere, & hoc cum reatu brevi vivens tempore, idem cum in actu replerit multis miseris, & propterea, cum fletu verè mulis, quia corporis, & anime simul. *Ibid.*

Quare de vulva egressus sum, ut viderem laborem, & dolorem? consumuntur in confusione dies mei. Si talia locutus est de se ille, quem mater mea genuit in peccato? Heu mea! dixit mater: quid me genuisti filium amaritudinis, & doloris? quare non in vulva mortuum sum? egressus est utero non statim perii, cur exceptus genibus, & lactam uberibus, natus in combustionem, & in cibum ignis? actinam interfectus fuissim in utero, ut fuisset meum sepulchrum, & vulva ejus conceptus aternus, fuissim enim quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. *Innocent. de utilitate conditionis humane.*

Quis est enim tam composita felicitatis, ut non aliqua ex parte, cum status sui qualitate rixetur? Anxia enim res, est G humanorum conditio notorium: & quæ, vel nunquam tota proveniat, vel nunquam perpetua subsistit. Huic census exuberat, sed est pudori degener sanguis. Hunc nobilitas notum facit, sed angustia rei familiaris inelusus, mallet esse ignotus. Ille verò utraque circumfluus, oculibem desit. Ille nuptiis felix, orbis liberis alieno censum nutrit heredi. Alius prole lactatus filii filivæ delictis mœstus, illachrymat. Idcirco nemo facile, cum fortuna suæ conditione concordat. Inest enim singulis, quod expertus ignoret, expertus exhorreat. *Boet. lib. 2. de Cons. profa. 4.*

Exterius γυνήδιναιδ est, quarta luna nasci dicitur, qui parum feliciter nati sunt, ut auctor est Eustathius, in libro Iliad. β. propterea quod Hercules, hæc luna natus feratur, cuius omnis vita laborum plena fuit. Pyrrhus apud Lucium florum dicebat, se sibi videri Hercules fidere nasum, quod quo pluribus victoris Romanos concideret, hoc acriores in ipsum coarrentur. *Eras. in Chiliadi.*

Phæbontem, & Tantulum, quamvis scanderint in caelum, ut præbitent poete: propter dementia tamen in summas miseria inciduntur. *Plat. de Exilio.*

Hoc sanè miseriam est ultimum, quod ut ait in *Traude Seneca.*

Nemo se credit miserum, licet sit: Tolle felices, removeo multo Divites auo: removeo centum Rura, qui scindant opulenta bobus. Pauperi surgent animi jacentes: Est miser nemo, nisi comparetur.

De variis miserie subiectis, causis, occasibus, Circa quid, & quomodo eveniat, jusè traditur in *Loco de Infelicitate.*

Et in *Loco de vita.*

Miseriam Origo ex Peccato, quare peccatum.

Misericordia.

\* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Misericordia, Græcè εὐσπλαγχνία, misericors dicitur. Est autem misericordia agnoscere animi ob alienarum miseriarum speciem. *2. Senec. lib. 2. de Clementia.*

Sed etymon vocis hæc definitionem impugnat. Sæpius enim cordatis hominibus aliorum miseria cordi est, cui open ferre hilariter festinant, & jubet Apostolus. *Rom. 12. 8.* ut qui miseretur, & egeno largitur aliquid, in hilaritate faciat. Non significat igitur tristitiam cordis, sed benignitatis, & clementiæ ex amore ortum, cum hilaritate cordis ipsi misero præstitum. Neque hebraea vox *Racham*, id est Misericors, amare, diligere. *Unde Rachum misericors: & Græca εὐσπλαγχνία* nullam animi agnitionem sua notatione significat: sed tantum, aut amorem, & cordis propensionem erga miserum, aut ipsum amoris effectum. *Plura vide in Lexico trilingui Lud. pag. 486. & 487.*

Definitur autem Misericordia, Virtus, qua movetur homo ad compatiendum miseriæ proximi.

B *L. Ipsi in Constantia*, inclinationem animi dicit, ad alienam inopiam, aut ledum sublevandum.

D. Gregorius vult misericordiam vocatam à misero corde, eo quod unumquodque intuetur quempiam miserum, & ei compatiens de dolore animus tangitur: Ipse cor miserum facit, ut cum liberet à miseria, cui intendit. *In Moralibus.*

Misericors est ait *Cassiod. super Psal. cum credit*, qui nullis beneficiis provocatur, ut præterit: Misericor autem erit, quando res cadentes sua pietate reconstruit.

B. *Aug. lib. 9. de Civit. definit misericordiam alienæ miseriæ in corde nostro compassionem, qua utique si possemus, subveniente compellimur.*

GENERA, SIVE OPERA

MISERICORDIÆ.

S. Patres duo faciunt Misericordiæ genera, alia enim sunt corporalia, alia spiritalia. *Aug. in Ench. c. 72. hom. 6. ex 50. Gr. 22. mor. c. 12. Ista. lib. 3. c. 64.* Corporales Misericordiæ numerantur septem. Esurientes pascere, potum dare sitientibus, operire nudos, captivos redimere, ægrotos invisere, hospicio peregrinos suscipere: mortuos sepelire: C Unde versus:

Visto, potu, cibo, redimo, rego, colligo, condo. E quibus sex apud *Matth. c. 25.* nominantur ab ipso Christo, omnia sola septima de mortuis sepeliendis, à qua laudantur viri *Jabes Galad in Lib. Reg. 1.2. c. 2.* cum sepelissent Regem Saul. Et ab Angelo laudantur *Tob. c. 12.* Et à Christo Maria Magdalena, *und. ait, Matth. 26. 10.* Opus bonum operata est in me, mittens enim unguentum hoc, ad sepeliendum me fecit. Cur autem sepulchrorum non meminerit Christus 21. *Matth.* causam unam reddit *S. Aug. lib. de cura pro mortuis, c. 3.* quod esset omnium minima, & obscurissima elemosyna. Alteram tradit *S. Chryso. ib. Joan. hom. 84.* eo quod sponte sua homines non solum hæc elemosynam faciant, sed etiam facili in ea per abulum excedant, ut dum pretiosius vestibus induuntur cadavera divitum, quæ utilius darentur pauperibus. Omnium horum corporalium misericordiæ operum ex vetustissimis meminit *Lactant. in epitoma divinar. instit. c. 5.* his verbis: si quis vidu indiget, imperiamur, si quis nudus occurrerit, vestiamus. Si quis à potentiore injuriam sustinet, eramuus. Patet domicilium nostrum vel peregrinis, vel indigentibus tecto, Pupillis defenso, viduis tutela nostra non desit. Redimere ab hoste captivos magnum misericordiæ opus est: item ægros, pauperes visitare, atque fovere: inopes, aut pauperes si obierint, non patiamur insepultos jacere. Hæc sunt opera, hæc officia misericordiæ, quæ si quis perfecterit, verum, & acceptum sacrificium Deo immolabit.

Spiritalia Misericordiæ Opera enumerantur à Theologis etiam septem, & divinis Scripturis exceptæ. Peccantes corrigere, ignorantes docere, dubitantibus rectè consulere, pro salute proximi Deum orare, consolari mæstos, ferre patienter injurias, offensam remittere: Unde versus:

Console, castiga, solave, remitte, ser, ora. Prima *Matth. 18.* habetur. Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum. Et 1. *ad Timoth. 5.* Peccantes coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant. II. Habetur *Ecclesiast. 18.* Qui misericordiam habet, docet, & erudit quasi pastor gregem suum: et Angelus apud *Dan. c. 12.* Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stelle in perpetuas æternitates. III. Habetur *Proverb. 27.* Bonis amici consiliis anima dulcoratur. Et *Ecclesiast. 5.* Si est tibi intellectus, responde proximo, si autem, si manus tua super ostium, ne capiaris in verbo iudiciali, & confundaris. IV. *Matth. 5.* Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Et *Jacob. 5.* Orate pro inivictis, ut salvemini. V. *Ecclesiast. 7.* Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula, ex his enim in dilectione firmaberis. Et 1. *ad Thessal. 5.* Rogamus autem vos, fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, VI. *Ibid.* Suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte, ne quis malo pro malo alicui reddat. VII. habetur *Matth. 5.* Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Et *cap. 6.* Si dimiseris hominibus peccata eorum, dimittet et vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Et *Ecclesiast. 28.* Homo homini reservat iram, & à Deo querit medelam. In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur?

Neque idcirco hæc, vel corporales, vel spirituales elemosynæ septenario numero includuntur, quod plures non sint, sed quod ad has omnes aliæ referri possint, quarum nonnullas refert *S. Aug. in Ench. c. 62.* Non solum autem, inquit, qui dat esurienti cibum, sitienti potum, nudo vestimentum, peregrinanti hospitium, fugienti latibulum, ægro, vel incluso visitationem, captivo redemptionem, debili subvectionem, cæco deductionem, tristi consolationem, non sano medicinam, erranti viam, deliberanti consilium, & quod cuique necessarium est indigentem, verumetiam & qui dat veniam peccanti, elemosynam dat, & emendat verbere, in quem potestas datur, & coeret aliqua disciplina, & tamen peccatum ejus, quo ab illo læsus est, aut offensus, dimittit ex corde, vel orat, ut ei dimittatur, non solum in eo quod dimittit, atque orat, verumetiam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria poena plectit, elemosynam dat, quia misericordiam præstat. Multa enim bona præstantur invitis, quando eorum consulitur utilitati, non voluntati. Multa igitur genera sunt elemosynarum, quæ cum facimus, adjuvamus, ut dimittantur nobis nostra peccata sed ea nihil est majus, quæ ex corde dimittimus, quod in nos quisque peccavit.

\* REMUNERATIO, PROEMIA, &c.

Ma nam misericordiæ remunerationem Dominus ipse significavit, cum misericordies pronuntiavit beatos, ex hoc, quod misericordies essent consecuturi: quodque etiam in extremo Judicii die, quando omnia hominum opera manifestentur, hujus potissimum exhibiti, et omni ratio exigenda prædicetur: immo ea sola beatificationis, aut condemnationis causa à Judice æquissimo assignanda tradatur. *Matth. c. 25.*

Misericordiæ virtus tanta est: ut sine illa ceteræ, etsi sint, prodesse non possint. Quamvis enim aliquis fidelis sit, castus, & sobrius, & aliis majoribus ornatus insignibus, si misericors tamen non est, misericordiam non meretur. *Leo Papa in serm. de appar.*

In illo magno, summoque judicio tantæ estimabitur, vel largitatis benignitas, vel tenacitatis impietas, ut pro plenitudine omnium virtutum, & pro summa omnium commissorum, & per unum malum illi in ignem mittantur æternum, & per unum bonum illi introducantur in regnum. *Ibid.*

In regno cœli coram omnibus Angelis in conventu resurgenti, quod Abel passus sit, quod mundum conservavit Noe, quod Abraham fidem servavit, quod Moyses legem tulit, quod Petrus crucem Jesu primus ascendit, Deus tacet: & clamat solum, quod pauper comedit dicens: esurivi, qui enim misericors est, misericordia dignus est. *Petr. 1. serm.*

Quod vero misericordes misericordiam consequantur, Abbas ille sit exemplo, qui quod fuerit misericors in Prophetas Domini fugientes persecutionem Regis Achab, misericordiam. Primo ab Elia, deinde & gratiam prophetiam consecutus est. *3. Reg. 18. & 4. Reg. 1.*

Judæi quovis anno decimas & septimo quoque pro pauperibus omnes fructus sponte nascentes dimittebant. *Lev. 25.*

Discipula quædam erat nomine Tabitha, quæ tricinas, & vestes faciebat, quas viduis tribuebat, eam suscitavit Petrus, nam qui Christum in pauperibus nudum vestierit, immortalis vestes promerbitur, & resurrectionis. *Act. 9.*



\* C U J U S S T U D I U M .

A Multa huc referri possunt, ex Titulo de Eleemosyna, de Hospitalitate, Carcerum liberatione, Loco de Carcere: Liberalitate, Pauperibus, ubi de eorum cura, Injuria condonatione, atque ex aliis locis, quae particularem misericordiae affectum exhibitum proponunt. Quibus omnibus sequentia addimus.

A C P R I M U M .

Ex S. SCRIPTURA. Ubi mira Dei misericordia erga homines demonstratur.

REBECCA filia Batuel seruo Abrahae ex itinere fatigato, ejusque Camelis potum obtulit, comiter ei locuta, Bibe, Domine, quin & Camelis tuis da potum. Gen. 24.

Moytes defendendo filias Jethro a pastoribus, qui veterabant, ne pecora sua adhaerent, ipsarum innocentiam misericordiam motus propugnabat. Unde & misericordiam consecutus apud patrem ipsarum, & ad manducandum panem invitatus fuit, & alteram filiarum conjugio copulavit. Exod. 3.

Booz misericordiam exhibuit erga Ruth Moabitidem, quando precepit pueris suis, ut non modò permitterent eam colligere spicas remanentes in agro, sequendo mesorum vestigia: sed etiam de industria prolicentem manipulos, & permitterent remanere, ut absque rubore colligeret. Insuper quando hora aderat vesendi, eam ad vocari faciebat, ut comederet panem cum mesoribus, & pueris suis. Ruth. cap. 2.

TOBIAS omnia, quae habere poterat, concaptivis fratribus imparebatur, alendo esurientes, nudis vestimenta praebendo, &c. Tob. 1.

Heridem assiduus in sepeliendo mortuos, etiam contra mandatum Regis, cum enim plus timeret Deum, quam Regem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & mediis noctibus sepeliebat ea. Tob. 2.

Commendantur etiam quidam boni viri de Israel, quod captivos Judaeos vestierint, & illos, qui ambulante non poterant, impoferunt jumentis, & duxerint ad fratres eorum. 2. Paralip. cap. 28.

E fonte omnis misericordiae manabat, quod Deus filium suum in similitudinem carnis peccati tradiderit, ut sibi ex rigore justitiae de hominibus satisficeret, eosque copiosa redemptione salvaret. Unde merito praedicatur à Propheta misericors, & miserator Dominus; cujus misericordia est super omnia ejus opera: Item pater misericordiarum ab Apostolo, & totius consolationis Deus: qui etiam in ira continere non vult misericordias suas, sed etiam se memtentibus dat significationem, ut fugiant à facie arcus: ut dicit Psalmista.

Ab eodem fonte provenit, quod ipse Dei filius in nobis habitans, peccatores ad sui alloquium admittit, cum iis convecti voluerit, eos ad audiendum verbum suum invitaverit. Matth. 9. Luc. 5. 19.

Cum autem turbæ de civitatibus eum sequerentur in desertum, panes benedictione sua multiplicavit, sic ut omnes saturarentur, & colligerent duodecim cophini fragmentorum, Mat. 14. & 15.

Sed & Petrum lacrymantem oculus misericordiae respexit, Luc. 6. 2.

Quin invitatus ad nuptias, cum deesset vinum, quo convivans exhilarari possent, aquam in vinum convertit, ut pauperes discumbentes recrearet. Joan. 2.

Misericordiae viscera aperiebant Barbari illi, qui tempore hyemali Paulum, & socios passos naufragium resciebant. D accessit pyræ, propter imbrem, qui immincebat, & frigus. Act. 28.

Sic & Publius Princeps Insulae Mytilenae, ad quam Paulus cum sociis exacta tempestate venerat, suscipiens eos, triduo benignum se exhibuit. Paulus autem febribus, & dyfenteria laborantem sanavit. Ibid.

Miræ quoque, & excellentis misericordiae affectum Paulus Apostolus ostendit erga Onesimum servum Philemonis fugitivum, quibus optabat, & rogabat eum suscipi sicut seipsum: Immo sibi imputari, si quid nocuisset. Epist. ad Philemon. Vide plura Tit. proximo sequenti.

Quid autem moverit S. Bernardum ad misericordiae opera exhibenda, paucis declarat, dicens: Septem in me video misericordias Domini, quas & vos ipsi facile invenieris in vobis. Prima est, quod à multis peccatis adhuc in seculo positum custodivit. Prima quidem non inter omnes, quas mihi impendit, sed prima inter has septem. Quis enim non vi-

deat, quod sicut in multa cecidit, sic & in alia poteram cecidisset peccata, nisi omnipotens pietas me conservasset, Fateor, & fatebor, nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus cecidisset in omni peccatum anima mea. Secundà miseratioque non poterit explicari sermone, quam benigna, quam libera, quam gratuita: ego peccabam, & tu distimulabas, non continebam à foelentibus, & tu abstinebas à verberibus, prolongabam ego multò tempore iniquitatem, & tu, Domine, pietatem tuam Tertia, quod visitavit cor meum, & invitavit, ut amara fierent, quae mala dulcia prius erant. Quarta, quod poenitentem misericorditer susceperit, ut in eorum numero inveniret, de quibus Psal. Beati, quorum remissa sunt iniquitates, &c. Quinta, per quam mihi continendi deinceps, & emendatius vivendi praestitit virtutem, ne recidivam paterer, & esset novissimus error peior priore. Postquam in his quinque miseracionibus à malo liberaveris, in duabus aliis, bona largieris, hæc duæ sunt, gratia promovendi, quae videlicet munus bonæ conversationis indulget: & spes obtinendi, quae donas homini indigno, & peccatori de tua toties experta bonitate usque ad caelestia speranda praesumet. Bernar. Ser. 88.

\* E X E M P L A H I S T O R I C A .

S. LUDOVICUS Galliae Rex centum, & viginti pauperibus quotidie, per dies verò jejuni quadragenarii, centum & quadraginta, res ad victum, & vestitum necessarias suppeditabat, eisque frequenter ipse ministrabat, & magno cum pietatis, & charitatis affectu cibo, qui super fuerat, vescebatur. Quin & olim in Gallicanis factionibus primum caput expensarum ad pauperes sublevandos, alterum ad alendam regiam domum, tertium ad palatia, & arces reficiendas spectabat. Ad idcirco misericordiam tandem consecutus est, completumque est in eo illud Salomonis, qui pronus est ad misericordiam, benedicitur. Petr. Rb. lib. 2. de Christiano cap. 20.

Illud non praetermittam, Robertum Galliae Regem Hugonis Capeti filium, eleemosynis coronam Galliae in sua familia stabilivisse: nam mille egenis victum quotidianum praebat, & cum alio curiam transferret, illis jumenta plaustra, ac rhedatas daret, ut comites essent, & pro ipso Rege continas preces Deo fundere. Idem ibid. ex Bed. lib. 6. cap. 2.

Circa annum Dom. 1050. duae Regiae puellae, Maurica superfluitate abiecta, Christiana sacra susceperunt: Caesilda Almenonis I. olerani Regis, & Zaida Benabet Regis Hispanensis filia. Caesilda prior cum esset à tenora atate ingenio facilis, & ad humanitatem propensa, in domo paterna Christianam, qui magno numero captivi tenebantur, vitamque in lactu, & squalore calamitosam agebant, cibo, & rebus omnibus recreare solita erat clam patre. Quem memorant, re indicata, filiae latebras, adituque omnes diligenter observasse: deprehensamque aliquando, cibos, quos in sinu ad captivos ferebat, repente in flores, rosasque mutatos patri, eequid ferret, cum magno animi motu roganti, veste explicata monstrasse. Quo illa miraculo percita, monitae divinitus, si à fluxione sanguinis sanari cuperet, in qua curanda medici omnia artis remedia frustra consumpsissent, in lacu D. Vincencii nomine, quod in agro Virvelcano est, ablueret, ad nostram sacra adiecit animum. Pietatis officia divinum numen Christianae religionis luce volebat compensare. Itaque à patre, cum quo rem omnem communicarat, pro jure amicitiae, quae illi esse coeperat cum Christianis, ad Ferdinandum Regem missa est, ejus morbi curandi causa. Morbo depulso, & aquis salutaribus ritu Christiano expiata, divini beneficii memor, immemor patriæ, in rupis fastigio, quae ad lacum est, dimuncula exaedicata, sanctissimam vitam egit, multis illustrem miraculis: quo merito in caelestium numero locum habet, templique recepta est. Tertiodecimo Aprilis die, ejus memoria anniversariis sacris celebris est in nonnullis Ecclesiis Hispaniae. Caesilda exemplo, sive sponte incitata Zaida, lavacro Christiano ex nostro more lustrata in Alfonso Regis nuptias post aliquot annos concessit. Ita Joannis Mariana. Lib. 9. re rebus Hispaniae, c. 3.

Huic similis est historia etiam commemoratione digna, quae sub Paulo Episcopo Alexandrino accidit circa annum Dom. 537. Narravit nobis (inquit Joannes Evrnatius) Abbas Theonas, & Theodoros, quod Alexandria sub Paulo Patriarcha Puella quaedam relicta fuerat pupilla à parentibus magna facultate locupletibus. Erat autem adhuc sine baptismo. Die verò quadam ingressa pomarium, quod sibi reliquerant parentes ejus (sunt enim in medio civitatis pomaria) vidit quendam

quendam parantem sibi laqueum, ut se profocaret. Currebat A igitur, & dixit ei: Quid facis, o homo? Dixit autem ei: Dimitte me, mulier, quoniam in multa tribulatione sum. Quae ait: Dic mihi causam, & fortassis adjuvare te poterò. Dixit illi: Graviter alieno premor, & valde suffocor à creditoribus meis: elegique potius semel vitam finire, quam quotidie mori. Quae dixit illi: Quae te, accipe omnia, quae habeo, & redde: tantum ne perdas replem. Sumens verò ille, reddidit omnia. Puella verò angustiarum cepit, non habens, qui sui curam gereret: itaque destituta parentum solatio, fornicari instituit, ut sibi inde victum quaereret. Dicebant ergo illi viri sancti (Theonas, & Theodoros admirantes scilicet) Quis novit ista, nisi solus Deus; quomodo scilicet permittatur anima propter causam aliquam ipsi soli cognitam ad tempus delinqui? Post aliquantum verò temporis infrimata est puella, & in se verba, compuncta est, oravitque Pontificem, ut faceret illum Christianam. Omnes autem asperabantur eam, dicentes: Quis hanc suscipiat, quae meretrix est? Affligebatur autem vehementer. Cum verò in his esset angustissimè, afflicti ei Angelus in specie hominis, cum quo misericordiam fecerat. Cui illa dixit: Capio fieri Christiana, & nemo vult pro me loqui. Quia ait: Nunquid vera istud cupis? Respondit illa: Utiq; Domine, & deprecor te, ut hoc mihi impetres. Quia ait: Noluit ista. Ego adducam aliquos, qui te accipient. Adduxit ergo alios duos, & ipsos sanctos Angelos, duxeruntque illam ad Ecclesiam: rursusque se ipsos transformantes in personas quidam illustres, notas in ordine Augustalium, vocant Clericos, Presbyterum scilicet, & Diaconum, qui in hoc ipso constituti erant. Dicunt eis Clerici: Vestra charitas quae pollicetur; illi autem respondit: Etiam, nos pro illa pollicemur. Somentes ergo illam, baptizaverunt, & albis induta rursus ab eis subducta est. Quam cum deposuissent, evanuerunt. Vicini ergo cum illam ita albis indutam viderent, postquam recesserunt illi, dicunt ei: Quis te baptizavit? Nunciavit autem eis rem totam, dicens: Venerunt quidam, & tulerunt me in Ecclesiam, locuti sunt Clerici, & baptizaverunt me. Et dixerunt ad illam: Qui sunt illi? Cum verò non posset dicere, qui essent illi, abeuntes nunciaverunt Episcopo: Dixit autem Episcopus his, qui ad baptizandum constituti erant: Vos illam baptizatis? Et confessi sunt se illam baptizasse, exoratos ab illo, & illo, Augustalibus. Porro accessit ex prioribus his, C quos Clerici dixerant, dixit Episcopus: Num ipsi pro ista fide iussistis? Qui dixerunt: Neque novimus, neque consilii sumus nobis, hoc fecisse. Tunc vero jam cognovit Episcopus, Dei hoc opus esse. Convocavitque illam dixit ei: Dic mihi, filia, quid gestisti boni? Quae ait: Meretrix existens, & pauperula, quid boni operari potui? Dixit ei Episcopus: Nihilne omnino operata es? Dixit ei: Non, nisi quod videns quendam, qui à creditoribus premebatur, se suffocare volentem, data illi omni substantia mea, liberavi eum. Et his dictis, continuo obdormivit in Domino. Tunc Episcopus glorificans Deum, dixit: Justus, Domine, & rectum iudicium tuum. Petr. Spirit. cap. 207.

Anno Dom. 1022. Henricus Imper. nonus pergens ad regionem Beneventanam, expugnavit, ac subdidit universas civitates, & castra, quae Graeci superantur ejus Imperio. Ad supradictam autem cum venisset Troadem, rebellantes, qui intus erant, diu multumque ei resistenter: nam sperabant, ut sibi futura esset, sicut Graeci promiserant fore, Basilium Imperatorum succederet. Insuper adiacentes; in tantum Henricum humiliari, ut pedes Basilii terentis pavore suscipere. At ille circumdantis civitatem sui exercitus obfusione, instruxit machinas, ut eam per vim caperet: illicque de nocte egressi tulerunt secum faces pie perlitas, igneque succensas machinas à foris cremaverunt. Quod cernens Imperator, accensus ira, potiores restitit fecit machinas, erudoque circumdandi corio, vigilantique custodia justit illa tueri. Exacto igitur tertio obfusione mense, amissisque caedibus urique nimium fessis (nam exercitum Imperatoris dyfenteriae clades oppido vexaverat) tandem obfessi meliori usi consilio, inveniunt viam evadendi discriminis. Quadam autem die accipientes solitariam quendam, indutum monachali habitu (quibus etiam Italia plurimum abundat) delectum e circumce gressare, miseruntque post eum omnes civitatis pueros minoris aetatis, ficque clamando, Kyrie electon, devenit ad Imperatoris tentorium. Quod audiens Imperator, iussit interrogari, quid sibi vellent. Cumque responsum fuisset, quod misereri à se afflictae civitati im-

plorarent, respondit: Optime novit ipse, qui agnitor est cordium, quinam magis quam ego, horum parvulorum sunt homicidae, illachrymansque iussit, ut salvi in civitatem redirent. Fecerunt autem, ut iusserat Imperator. Altero quoque die iterum primum manè processerunt à civitate, ut prius clamantes, Kyrie electon, usque dum honoratis vocum illorum aures pulsaret Imperatoris. Qui statim egressus tentorio, respiciensque pupillorum turbam, pietate permutatus, erat vir sanctissimus, voce Domini usus ait: Misereor super turbam. Nam antè jam dixerat, quoniam si contingeret capere civitatem, quicquid masculini sexus inveniretur in ea, suspendere tur patibulis, reliqua verò igne cremari, ipsiusque civitatis moenia ad solum pertrahi. Praterèa mandavit Imperator illis, qui in civitate alius praeerat, ut si indulgeri sibi ab eo vellent, iramque ejus placare, ipsimet subverterent partem mutorum civitatis, quae contra suas machinas rebellis stare videbatur. Qui audientes certatim impleverunt, quod eis mandatum fuerat. Post hæc quoque praecipit Imperator, eos pacifice ad se egredi, mirumque civitatis à se redificari, acceptaque pacis obfidibus ab universis regionis illius provincialibus, reversus est in Saxoniam. Northmanni quoque cum Duce suo Rudolpho reversi in suam patriam, gratanter accepti à proprio Principe Richardo. Haec Glaber.

Syracusanis post victorias de Atheniensibus terra marique reportatas, & de captivorum capibus consultante, Nicolai, Syracusanis multa pro concione in medium protulit, ut civium suorum animos flectere ad misericordiam. Inter alia, hanc. Videte, ne quid insolens, & humanum per elationem commiseritis. Quanam obsecro pietas, quod severitatis exemplum, quod specimen majestatis, prudentiae, aut modestiae esse potest, prostratum, atque ad pedes procumbentem nudum vinculis contractum ulcisci ulceris, & fœvere odiis pergere? Nam qui dejectos à fortuna ferocius, neglecta miseratione insectatur, quive adversis calamitatibus, & miseris obrutus iram, & crudelitatem retinet, hic utique suæ conditionis primùm oblitus imbelliciter humanæ vim asserere videtur. Nemo enim unquam post caelum conditum in hac vita tanta profestitate, tanta sapientia praeditus, inveniri potuit, qui fortunæ naturam percipere, vel illius volubilitatem sentire valeret: quae quidem suo opte ingenio calamitatis, & humanarum rerum, uti conspiciere licet, exagitationibusque variis indies grassata tranquillitati, secundisque eventibus insidiatur: quos ipsamet nunquam rata fide, nunquam tuto, G vel sine fraude profectus videtur. Ac veluti sui ipsius muneris clementiae summa super invidia flagrans, ac poenitentiae beneficii à se collati, mox vi diversum adducta deservit, nec infestissima, quicquam diu latum, inconcussamque esse sinit. Diod. Siculus lib. 13.

MISERICORDIA. EXHIBITA IN PARTICULARI RESPECTU PERSONARUM. Commiseratio.

IN GENERE.

HERACLITUS Ephesus Philoophus, ad omnem hominum occursum flevisse dicitur. Dolerebat ille, quod nihil sani esset in vita, nihil in nomine non eadem, fluxum, & deceptibile. Flevisse ille, itaque hominum mala, meliori haud dubie affectu, quam Democritus, qui hæc eadem ridebat. Nam hic contemptum arguit, & stultitiam: ille iustitiam, & charitatem. Sabell. lib. 5. c. 2.

IN SPECIE.

ERGA REGES, TYRRANNOS.

ALEXANDER Judaeorum Rex ob avaritiam, crudelitatemque suam Judaeis iniustus, Alexandram uxorem monuit, ut cum egisset animam, Pharisaeorum benevolentiam, & consilio usi, concessim cadaver in publicum efferendum curaret: convocatisque illico civibus, quasi illorum siveret vindictæ, palam diceret, se tradere Alexandrum jam defunctum dilanandum civibus, ut quam in vivum nequissent, in mortuum saltem iram justam exercerent. Alexandra secuta hoc consilium, cum per Pharisaeos populo liberos suos Hircanum, & Aristobulum commendaasset, ut innocentes impuberes, & nihil mali meritos: ita universa multitudine animum movit, ut non solum liberis, regnoque salubriter consuluerit, verum etiam mariti funeri: cui regio more justa perfoleretur. Joseph. lib. 13. c. 23. & 24. Antiq.



**DIONYSIUS** Sicilia Tyrannus, cum mercenariis ad eum inter-  
A sciendum impetum fecissent miserabili veste amictus prodit,  
comamque pulvere respexit, & potestati militum suam vitam  
permissit. Mercenarii epus miserum saluum, & incolentem dimi-  
serunt. Dionysius eos non ita multo post in urbe Leontino-  
rum circumventos ad unum trucidavit. *Polyen. lib. 5. c. 2.*  
**ERITON** ECHEGRATIS, & Petra tribi, cum Labdam Am-  
philonis filiam claudam duxisset, Delphos abiens ad consulen-  
dum de profe, oraculum accepit, natiurum sibi ex Labda fi-  
lium, qui Corinthum subjugaturus esset. Corinthi ergo de  
oraculo certiores facti, quamprimum Labda enixa est, miser-  
runt cypro decem, qui puerum inter fecerunt. Illi cum puerum  
sub cypro, hoc est, mensura frumentaria absconditum fua-  
viter ridentem deprehendissent, misericordia moti abierunt.  
*Herod. lib. 5.*

**DIONYSIUS** Tyrannus, cum Timoleonti se dedisset, cum  
una navi, & modicis pecuniis Corinthum transmissus est. Ed  
Graecorum multi, illius videndi studio, navigarunt, fortu-  
na nobilitatem dolentes, humanarumque rerum fragilitatem  
reputantes, quae quo majores essent, eo sua mole gravius  
B fuerunt. *Plut. in Timoleonte.*

**SELEUCUS** Antiochi F. Syriae Rex, Asiaticas civitates in-  
genti classe aggrediebatur, ob auxilia Berenice novercae suae,  
& fratris ex ea nato exhibita. Sed sobita tempestate naves om-  
nes amisit. Quare Seleuco hoc boni peperit, ut Asiatici  
omnes ira in misericordiam versa, sponte sua in fidem infen-  
sissimi hostis redierint. *Sab. lib. 9. Ep. 4.*

**GULIELMUS** III. Rex Siciliae, & Neapolis Panormice con-  
junctus fuerat in vincula ob tyrannidem, sublituro Rogerio F.  
quem contra vindicandam patri factam injuriam populus  
propensum videret, in palatio obsidere coepit. Is dum per  
fenestram prospicit, in caput vulneratus obit. Populus mi-  
sericordiam infelicis patris, qui quem nuper Regem creavit,  
nunc mortuum audire, motus, eductum & carcere in inte-  
grum restituit. *Collenicius lib. 3. hist. Neapol.*

**SAMNITUS**, vel Flaminitus Aegyptiorum Rex, à Cam-  
byle captus, cum videret filiam servili habitu praetereuntem  
cum plerisque nobilibus puellarum aequam ire: inde filium  
ad supplicium cum plerisque aequalium duci: reliquis  
omnibus ejulantibus, unus immoto stetit vultu. At cum  
amicorum quendam prius didicissimum, jam vero cibum  
C mendicantem conspexisset: neque à lacrymis tempera-  
vit amplius, neque ab ejulatu abstinuit. Causam demoran-  
te Cambyle, respondisse ferunt: Domestica mala multo  
majora fuisse, quam ut à se fieri possent: amici fortunam  
dignam sibi visam, quam stetit, & lacrymis, quando  
aliter opem ferre non posset, prosequeretur. *Sab. lib. 7. Ep. 2. ex Herod. lib. 3.*

Atheniensibus naves conscendentibus, commiserationis  
campus amplissimus. *Vide Tit. libertatis studium.*  
*Erga Hostes.*

Licet Benjaminæ Israelitas gravissime offenderent: pro-  
pter illorum tamen excidium omnes ululari magno fleve-  
runt. *Jud. 21.*

**ANTIOCHUS** Syriae Rex, qui Nobilis appellabatur, audiens  
Oniam summum Sacerdotem inique occisum, flexus ad mi-  
sericordiam lacrymas fudit. *2. Maeb. 4.*

**ISAIAS** Propheta de seipso inquit: Propter destructionem  
Babylonis repleri sunt lumbi mei dolore, angustia possedit  
me sicut angustia parturientis. *Esd. 21.*

**DINOCRATES** Mellenius Philopomenem Achaorum praet-  
orem jam septuagenarium in confictu equo excussum  
ceperat. Melleniorum urbana multitudo mirum in mo-  
D dum eo nuncio elata ad portas concurrunt. Ut attractum  
Philopomenem contra gloriam factaque, & victorias pri-  
stinas conspexere, miserati plerique sunt: atque ejus vi-  
cem dolentes etiam illachrymabantur, humanamque for-  
tunam, ut fallacem, & inanem elevabant. *Plut. in Phi-  
lamone.*

**CASSANDER** Antipatri F. familiares occisorum ab Olym-  
piade Alexandri Magni matre, invitavit, ut eam in commu-  
ni Macedonum concione accularent. Quae cum parata es-  
set apud omnes Macedones causam dicere: veritus, ne forte  
plebs reginam se purgantem audiret, & Alexandri, Philippi-  
que beneficiorum recordatus, poenitentia duceretur, ce.  
Milites ablegavit, ut eam extemplo necarent. Hi cum in re-  
giam domum irrupissent, ut viderunt Olympiadem, ejus  
fortunae commiserati, dignitatemque reveriti, infecta re disce-  
serunt. *Diod. lib. 19.*

Duo consulares exercitus Romanorum à Samnitiis ad  
Caudinas furcas circumventi, & sub jugum missi fuerant. E  
Ante noctem, quamvis potuissent, Capuam ingredi nolue-  
runt. Campani fasces, purpuram, lictores Consulibus, ves-  
timenta, & comectum aliis ex commiseratione dederunt: Et  
Capuam ingredientibus Senatus, & populus obviam sese efu-  
dit, multaque horrando, monendoque consolati sunt dolen-  
tes. *Sab. lib. 5. Ep. 4.*

**ITER** faciens Germanus Episcopus, nudum imminente  
nocte viatorem recepit. Cum simul in diversorio quiescissent,  
ascellum, quo Germanus ferebatur, ille subtraxit. Illuc escen-  
te die furtum patratum invenit discipuli: patri condolent,  
quod pedibus iter facere cogere. Nondum tria millia pas-  
sum cum focis consecratis, cum è discipulis unus Germa-  
num è vultu lacrimam prode conspicere, patrem hilaritatis  
causam rogat. At ille cum pedem omnes aliquantulum flectere  
imperasset, Ecce latero clamitans festinato gradu subtra-  
ditum jumentum addocit. Fur ad pedes illius provolutus, exor-  
tatur furti veniam, & impunitatem, dum facinus proficitur:  
setota nocte irretitum fuisse asserit, neque quoquam pro-  
gredu potuisse, nisi quod ad reddendum jumentum pateret F  
iter. Cui Germanus, vultu radente, animoque placato,  
Si hesterna, inquit, die tibi nudo togulam dedissem, ne fu-  
randi quidem te necessitas incelsisset, & exuta mox togula,  
Accipe (inquit) quod dedisti: redde, quod nostrum est. Sic  
confessorem criminis respicientem, non modo veniam, sed  
praemio quoque, & benedictione dignum censuit. *Bosch.  
lib. 4. Dec. 1.*

Duo Brabantii Equites ab Eduardo II. Anglorum Rege  
evocati, contra Scororum Regem Robertum I. cum audirent  
in Anglorum castris, infinita prope convicia in Rob-  
ertum, atque Scotos petari, orta commiseratione, eis felicitatem  
in futura pugna publice precati sunt. Ea voce ad Anglum  
delata, pulsatis castris, ad Robertum per focialem ducti sunt,  
publice edictum: qui alterius ipsorum caput, confecto  
praio ad Regem Edwardum deferret, centum argenti mareas  
pro munere acciperet. At cum Scoti visissent, equites illi  
ingenti praeda potiti, amplius in super donati muneribus, in pa-  
triam rediere, & Antuerpiae diversorium, *Scotticam* nomine,  
quod etiam nunc extat Bruli effigie noialium ingenti sum-  
ptu ad Scororum usum adificaverit. *H. Boet. lib. 14.*

*Vide superioribus Exemplis, de Nicolai Syracusani  
concione super hac re Athenis habita.*  
*Erga Pauperes.*

Cum venisset Petrus Apostolus. Joppen, vidit flentes viduas  
pro morte Thabiae, quae faciebat eis tunicas, & vestes: &  
ponens genua sua oravit, & cum vocasset eam, sanctas, & vi-  
duas assignavit vivam. *Act. 9.*

*Erga oppressos, Mortuos, famelicos.*

Cum Maximini Imper. imperium, ob persecutionem in  
Christiano excitatum, bello, fame, & peste vexaretur,  
Christiani in tanto malorum cumulo, ait *Eusebius*, iustre-  
ctis factis, & piis officiis misericordiam declarabant, & beni-  
gnitatem: quorum alii in dies singulos mortuorum funebus,  
& sepultura (infiniti enim erant quibus sepeliendis nemo  
curam adhibuit) diligenter navarunt operam: alii multitu-  
dini eorum, qui per totam civitatem fame urgebantur, in  
unum coacta omnibus panes disperciebant: usque adeo, ut  
hoc praclarum facinus per omnes homines constanti fama,  
& magna celebritate pervaderet, & singuli Christianorum  
Deum gloria, & laude praedicarent, eosque solos, & veros H  
Dei cultores re, & factis comprobatos facerentur.

*Erga supplices.*  
*Vide Titul. Supplicium.*

Anno 1107. Ludovicus XII. exules Genuam reductu-  
rus, victos acie Genuenses in deditionem accepit. Ingre-  
sus est ipse urbem sub umbella, candidis armis totus ob-  
tectus, nudum manibus gladium tenens: cui obviam  
facti sunt urbis regionum praefecti (Antianos vocant)  
cum magna civium honestissimorum multitudine: quibus  
cum multis lacrymis ad pedes ejus prostratis, ubi non-  
nihil silentii factum est, unus ex illis omnium nomine,  
apposita ad festendum regis animum oratione, cum  
culpe confessione, veniam petit. Orationem sequente  
sunt omnium clare voces, misericordiam implorantium. Rex  
autem quamvis eos surgere jussit, & gladio, quem strictum  
manu

manu tenebat, deposito, animi potius ad placabilitatem pro-  
A pensisigna daret: nullo reddito responso progressus est.  
Deinde ad totius urbis augustissimum templum pervenit, ubi  
multum, atque infantium ingens numerus se ad ejus pedes  
abiecit, qui omnes candidis vestibus induci, maximis clamo-  
ribus, & miserandis ejulatibus ejus clementiam, misericor-  
diam que implorabant. Hic aspectus regis animum non  
mediocriter commovit, ut mille auri librarum multa conten-  
tus fuerit: qui alioqui illis omnem administrationem, aucto-  
ritatemque cupere, pecuniam, quae D. Gregorii nomine ad  
privatos pertinet, in regium ararium inserere, & omni liber-  
tatis imagine spoliare statuerat. *Guicciard. lib. 7.*

**OPULO** Abbas Cluniacensis, vir probitatis, sanctitatis-  
que laude excelsa flaturus, cum reprehenderetur, quod  
erga peccatores nimis esset misericors: Malo, inquit,  
dammari de misericordia, quam de duritia. *Matth. Dresse-  
rus 6. Milien.*

**ERGA BRUTOS.**  
C. POMPEI altero consulatu, dedicatione templi Veneri-  
victicis, pugnaverit in circo viginti Elephantis, Getulis ex  
adverso jaculantibus. Tandem amissa fuga ipe misericordiam B  
vulgimenerabili habitu quaerens supplicare quadam se-  
lamentatione complorantes: tanto Populi dolore, ut obli-  
vis Imperatoris, ac munificentiae honori suo exquisitis, flens  
universus confargeret, diraque Pompejo, quas ille mox luit,  
penas imprecaretur. *Plin. lib. 8. cap. 7.*

**RESPECTU RERUM.** MISERICORDIA  
aliorum tangi ob  
Moralitatem.

**XERXES** Rex Persarum, cum vidisset universum Hellepon-  
tum navibus fluvio contrastratum omnia litora, atque Abydeno-  
rum plana hominibus referta, iactavit se beatum, moxque  
fudit lacrymas. Tam subitam mutationem admiratus Arta-  
banus, Regis patrisque, qui dissuaserat eam expeditionem,  
ausus est rogare causam. Tum Xerxes? Subit, inquit, ani-  
mum meum cogitatio, quam brevis sit hominum vita, quan-  
do ex tam numerosa multitudine post annum centesimum ne-  
mo superfuertus. *Herod. lib. 7.*

**HELLAS** Propheticus spiritus inter suos longè princeps, cum  
ceci inclementia omnia laboraret ( totum enim triennium  
nihil è caelo pluerat) ac jam propè esset, ut terra victum ne-  
C gante, fame, & siti animalia interiret, miserissimè Deum  
precibus fatigavit, ut suorum calamitatis miseretur: tenuit-  
que precando, ut sua sit temperies terris reddita. *Sabellii.  
lib. 8. c. 2. ex 3. Reg. 18.*

**ELISAEUS** Propheta videns quanta mala Azahel, Syriae  
regno potius, esset illaturus Israelitis, coepit flere. 4.  
Reg. 8.

**HIEREMIAS** Propheta videns in spiritu calamitatem super-  
venturam populo suo, dicebat: Recedite à me, amarè flebo.  
Nolite incumbere, ut consolemini me super vastitate filiae  
populi mei. *Hierem. 38.*

Cum scripsisset Baruch verba comminationis ex ore Hierem-  
iae, dixit: Vae mihi misero, quoniam addidit Dominus  
dolorem dolori meo. Et tamen accusabat populum Baruch,  
qui incitaret Hieremiam adversus eos, ut traderentur in ma-  
nus Chaldaeorum. *Hier. 43. c. 15.*

Cum revelasset Dominus Ezechielii peccata Israelitarum,  
& poenas, fuit tristis, & gembundus. *Ezech. 3. c. 9.*

Excitatus ab Alexandro Thebis, Atheniensis mysteriorum  
D solenne, quod in manibus erat, oculosum praetermisere,  
re fugientique ad urbem suam omnibus officiis coluere.  
*Plut. in Alexandro.*

**M. MARCELLUS** Cos. ubi Syracusas ingressus esset, illachry-  
maste dicitur, partim tantae rei perpetratae gaudio, partim  
veteri fama, & splendore urbis. Occurrebant animo  
in clytæ victoriae, quod Atheniensibus terra, marique victis  
Atticae clades, duosque clarissimos duces, cum numeroso  
exercitu, Syracusanis devellent: bella cum Carthaginien-  
sibus gesta: duo Dionysii, corumque potentia: recentis-  
sima Hieronis memoria, qui pra omnibus focis Regibus  
Romanorum populum praecipua fide coluit: ornatisissimum urbis  
apparatus, in cinerem momento temporis abiturus. *Sab.  
lib. 4. En. 5.*

**P. SCIPIO** Carthaginis everfor, commiseratione ejus urbis  
flevit, Romano excidio praeflagio.

**JULIANUS** Imp. cum ingenti apparatu egressus Constanti-  
nopolim contra Persas, transmissio Bosphoro, à Chalcedone

Nicomediam proceffit. Super qua ingemuit altius, ac flevit:  
memor illic olim se in Regia, & ampla urbe, adificiorum E  
sumptibus insigni, educatum, quae tum terræ motu corruer-  
at. *Marcellin.*

**STRAGES.**  
Cum Israelitæ omnes Maspham convenissent, vindicaturi  
Gabaenium Benjamitarum scelus, iurejurando confirma-  
runt, nullum suorum filiam suam ulli Benjamitarum daturum  
esse in matrimonium. Tota autem tribu exceptis 600. ferro,  
& igni excisa, Israelitæ Bethel profecti, coram Domino  
questi sunt, unam Israelitarum tribuum interisse. Iusti autem  
à Domino eam reparare, cum 600. illis pacem inierunt: tru-  
cidatisque Jabensibus Galaaditis, quod praelio Israelitico  
non interfuissent, virgines 400. Benjamitis nuptui dederunt.  
Reliquis ducentis de rapiendis totidem Siluniis puellis pote-  
statem fecerunt. *Judic. c. 21.*

**AGESLAUS** Rex allato nuncio Spartiatis commisit circa  
Corinthum praio perquam paucos occidisse Corinthio-  
rum, Atheniensium, caeterorumque iis confederatorum  
permultos: nullum lacrimae ex victoria signum dedit, vel  
exultationis, sed ingenti edito gemitu: Hec Graeciam, in-  
quit, quae tot milites bello intestino perdidit, quae et si  
incolumes sint, ad debellandos universos barbaros sint satis.  
*Plut. in Apoph.*

**CAPTIVITATEM.**  
Proscriptus Aterius à servo suo accusatus est. Qui Trium-  
viri lege liberatus, fortunae etiam patroni eadem lege con-  
sequatur. Servus dicitur, cum patroni sui filios despectu  
haberet, & ipsi rei atrocitate praesertim, cum adhuc tenella  
aetas esset, terribi, lachrymantes, silentisque cum sequerentur,  
veluti seivam nimis illam rem omnis Populus abomina-  
tusest, atque ea Triumviris declarata, voluit, ut ingratus  
servus denud apud Atherii filios in servitutem rediret, et iugum  
Patris bona restituerentur. *Fulg. lib. 6. cap. 5. At Alex. lib. 9.  
cap. 20. vocat Aterium.*

**C. JUL. CAES.** Consul tulic legem de agro Campano ferme  
toto pauperibus, & tenuibus dividendo. Huic flos M. Cato  
Junior se objecit. Caesar cum ex Roftris traxit, atque in car-  
cerem duxit. Securus Catonem est inestus Senatus, & opti-  
mi quique ex populo, stomachantes tacite indignantes. *Plut.  
in Catone.*

**LEO**, Basilii Macedonis Imp. filius, à quodam Monacho G  
Theodoro Sandabatenno apud patrem insidiarum causa dela-  
tus, in carcerem conjectus fuerat. In palatio phitacus in ca-  
vea suspensa debebat, ut spectatores oblectaret. Avis voci-  
ferari solebat, Heu, heu, Domine Leo! Quodam tempore  
cum ad convivium Imp. Senatores praecipuos vocasset,  
eamque vocem avis sapiensculè ederet, mœstitia oborta,  
conviva cibo, potuque omisso, cogitabundi afflenderunt: Cum-  
que id animadvertis Imperator, causam rei perquireret, ii  
oculos lacrymis oppleti: Qui (inquiunt) Imperator cibum  
capiamus, voce bellitæ hujus objurgati nos, qui rationis  
comptes, & Dominorum studiosi credimur? Bruta hæc  
avis Domini sui nomen invocat: nos luxu dediti, insontem  
oblivioni mandamus. His verbis mitigatus Imperator, Leonem  
carcere eductum in conspectum suum admittit, vestem  
lugarum dempsit, comæ superflua, quæ per luctum cre-  
verant, auferri iussit, dignitatemque Caesaris pristinam red-  
didit. *Cedrenus.*

**DAMNATIONEM INJUSTAM.**  
Uxor Pilati Christi Opt. Max. innocencia stimulata, quan-  
tum in se fuit, conata fuit apud maritum illius eadem impedi-  
re. *Matt. 27. Marc. 16. Ioan. 20.*

Bundem Dominum ad Crucem sequebatur multa turba  
populi, & Mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum.  
*Luc. 23. c. 23.*

Incenta à Nerone Roma, cum rei facinoris multi per im-  
pudentissimam calumniam ab emissariis principis subicerentur,  
Christiani sunt questiti, quorum supplicia non dubita-  
bat Nero, quin futura essent popularia, ob novum religionis  
genus: quorum poena tam exquisita, omnemque humani-  
tatem superantes fuere, ut spectanti populo misericordiam  
moverent. Seneca à principe petiit, ut in rus aliquid secede-  
re valerudinis causa liceret. Quod cum non impetrasset, do-  
mi, atque adeo in cubiculo multos menses se continuit. Tacitus  
ad evitandam invidiam facilligiorum Neronis hoc inter-  
pretatur. Ego verò, quod lanianem insontium spectare non  
fuitineret. *Lud. Vives in librum G. Aug. de Civitate Dei, cap.  
11. ex Suet.*



Dejectionem à dignitate. A SAMUEL Propheta cum prædixisset Sauli regni mutationem, eo quod Domino inobediens, Agag Regem, & prædam opimam Amalechitarum servasset: ab eo Galgalis discessit, neque postea Saul amplius vidit, quod vicem ejus dolebat, & regnum Davidi filio Isai deberi iussu Domini sciebat. 1. Reg. 15. Cum Susis Alexand. Magni regiam sellam incedisset, ea que esset sublimior, quam ut corpori ipsius conveniret, puer quispiam animadvertens pedes Alexandri haud mediocri intervallo solum non contingere, apportavit Darii mensam, pedibusque Regis pendens supposit. Hoc in adstantium turba Spado videns, lachrymari cepit. Alexandro fletus causam quaerente, respondit: In præsentia quidem tuus sum servus: sed cum prius Darii fuero, naturaque Domini meos diligere soleam, non potui non dolere, rem, que rancopere ab illo honorabatur, abs te nunc contemptui haberi videns. Quæ ad verba animo adjecto Alexander, imperii Perfarum quanta esset ruina, secum volutare cepit. Diod. lib. 7.

Perces Macedoniæ Rex à Paulo Emilio in triumpho ductus, & Albæ cum filiis in carcerem sæditissimum, & profertissimum conjectus, per dies septem eo loco miseriam perferens, externæ etiam conditionis Hominibus lachrymas movit. Tandem cum ei gladius ad occisionem, & restis ad strangulationem projectus esset, data utriusque optione: M. Emilius, curiæ præses, Senatui gravi reprehensione commonefecit, ut si humano metu non terrentur, at ulticem: ceterè fortunam vererentur, quæ in eos animadvertere solet, qui potestatis superbius utuntur. Diod. Siculus lib. 31.

M. QUIN. FLAMINIUS à M. Catone, quod in amasti gratiam unum ex captivis trucidari curaverat, Senatu moverat. Eius cum in theatro ludos abjectè, & demisè inter infimos sedens spectaret, commiseratione Plebs mota, clamore illum inter consulares sedere perpulit. Plut. in Flaminiis. Solymanus Turc. Imp. dimisso Philippo Lillimanno militiæ Rhodiæ magistro, quem hostem licet, clementer accepit: Miseret me, inquit, miseri senis: & doleo pulsum eum sua domo à nobis mœtum abire. Cont. Chron. Carium. Fabulas.

ALEXANDER Phersensium tyrannus, maxime truculentus, sævique esse videbatur. Theodoro vero, tragico Poeta, acri animo affectu, & commiseratione Aeropem agente, lachrymas profudit, surgensque de theatro recessit. Excusans se apud Theodorum, affirmavit se non idcirco abiisse, quod illum, aut aspernari, aut contumelia afficere voluisset: sed quod pudisset sic miseriam aliorum id tribuere, quod veris suorum calamitatibus non tribueret. Elian. lib. 14. de Varia historia.

MISERICORDIA NULLA. Immercicordes.

Vide Titulum Perfidia erga cives, hospites, hostes. Item, Ine immoderata. Item, Penitentibus non ignoscere. Item, Inliberalitatis religiosa erga proximum.

PERSONARUM RESPECTU. IMMERICORDES erga Amicos, Socios.

AGESILATUS Rex, cum tumultuosus aliquando castra moveret, infirmum relinquens amicum, precibus, & lachrymis abeuntis implorantem opem, conversus: Ut arduum est, inquit, simul misereri, & sapere. Plut. in D. Apopht.

Servos.

M. CATO servos senectute inutiles, ne absque fructu perirent, venundare consueverat. Plut.

RERUM RESPECTU. O B Calamitatem, Excidium.

PHRYNICUS Atheniensis cum in dramate Miletum à Dario captum introduxisset, & in theatro omnibus spectatoribus lachrymas excussisset, mille drachmis ab Atheniensibus multatus est, quod sociæ civitatis cladem theatrali palingenesi ingeminasse videbatur. Suidas.

Adversum pugnam.

Post cladem Cammenem L. Fulvius argentarius Romæ cum corona rosacea interditi à pergula sua in forum prospexisse dicitur, ex auctoritate Senatui in carcerem abductus, non ante finem belli emissus est. Plin. lib. 21. c. 3.

\* HIEROGLYPHICA MISERICORDIÆ.

Ægyptii Sacerdotes miserationem per cultum temora sua E. rostro proficiente exprimebant: illa enim centum, & 10. diebus quibus in filiorum educatione detineatur, nunquam ad prædam longius provolat, nisi illi curz intencat, ne pullos dederat. Pier. Val. 17. pag. 169. B. Genu misericordiam ledem esse, antiqua omnis superstitione conficitur: ut memoria auris, irrisionis nasus habetur. Idem, lib. 35. pag. 339. B. Cedrus, sive cirus, arbor fructus gignens odore, ac sapore præstantissimos, misericordiam, pietatisque symbolum est, propter magnas, utilissimæque mortali generi vires. Erud. quidam, lib. 1. hierogl. pag. 588. E.

\* APOPHTHEGMATA.

PHOCION, Nec ex templo aram, nec ex humana natura misericordiam tollendam esse dicebat. Stob. serm. 1. de virtute. Demosthenes, Justum esse, inquit, misereri, non improborum hominum, sed eorum, qui immerito infelices sunt. Stob. serm. 44.

XERXES videns Hellepontum navibus suis constratum, omnia littora, atque Abydenorum plana hominibus referta, iactavit se beatum, moxque misericordiam ductus fudit lachrymas, Artabano causam hujus mutationis quaerenti dicens: subit animum meum cogitatio, quam brevis sit hominum vita, quando ex tam numerosa hominum multitudine post centesimum nemo superfuturus est. Herod. lib. 4.

AGESILATUS audiens, in bello civili Græcorum multos hinc inde cecidisse in pugna, & Spartanos esse victores, nullo lætitiæ signo dato, sed misericordia ductus ingenti edito gemitu: Heu Græciam! inquit, quæ tot milites bello incertino perdidit, quot ei similes sint ad debellandos barbaros sint satis. Plut. in Apoph.

Missa. Missæ Sacrificium.

Require fusc, & per plures Titul. ac SS. in Loco de SACRIFICIO.

\* Missio.

Patà.

MINISTRORUM ECCLESIE QUID. ET QUOTUPLEX.

Missionis vocabulum apud Grammaticos usurpatur pro omni actu mittendi, vel dimittendi, estque illius usus in materia militari, in qua plura missionis genera reperitur, de quibus supra in Loco de Militia, & Militibus, pleræque diximus.

Apud Scriptores Ecclesiasticos Missionis vox usurpatur, ut significet deputacionem alicujus ab eo, qui potestatem habet, ad obeundum ministerium Ecclesiasticum, ut puta prædicationis Evangelicæ, administrationis Sacramentorum, &c. Ea que nonnumquam vocatio appellatur, estque basis, & fundamentum totius Christiani ædificii: Quomodo enim, inquit Apostolus, invocabant, in quem non crederent? quomodo eredit eis, quem non audierunt, quomodo audient sine prædicante? quomodo verò prædicabunt nisi mittantur Rom. cap. 10. quod intellige, nisi mittantur à Deo, qui per ministros suos homines vocat ad Justitiam, fidem, & regnum suum.

Missio autem, de qua hic loquimur, duplex est, alia immediata, five extraordinaria: Alia mediata, five ordinaria.

Illa est, quæ fit à Deo proxime: quomodo in veteri lege missi, & vocati plures: In nova Apostoli, & LXXII. discipuli: post hoc Paulus vocatus, ut ipse de se fatetur ad Rom. 1. Apostolus, segregatus, id est, à Spiritu Sancto electus, in Evangelium Dei: unde ad Galat. 1. dicit se vocatum non ab hominibus, neque per hominem, &c.

Ordinaria est mediata, quæ fit à Deo per ordinarios Superiores, & Prælatos. Et quidem de prima dicitur: Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos posuit Spiritus S. Episcopos regere Ecclesiam Dei: de altera verò, cum Paulus præcipit Tito Episcopo, per singulas civitates constituere Presbyteros. Item cum Apostoli, qui erant varietate dispersi, deputant variis in locis ministros verbi, & Sacramentorum, juxta facultatem sibi à Christo traditam: quæ usque modo in Success-

Successoribus illorum perseverat, ac veram Ecclesiam in qua hæc viget, illustri testimonio arguit. Hanc autem geminæ missionis varietatem admittunt quoque hæretici, quamvis neutram in se valcam exhibere: Lutherus Comment. in cap. 4. Epist. ad Galatas. Calvinus lib. 4. Instit. c. 3. §. 13. & 14. Zwinglius Tom. 2. Ecclesiast.

MISSIO EXTRAORDINARIA.

EJUS AUCTOR, ET TESSERA. Missionis extraordinaria auctor est solus Deus, qui per hominum ministerium, subinde homines ad Ecclesiam suam vocat, & fidem: non quod unicuique spirituali modo fidem instillare non valeat, ut alio Doctore opus non habeat; sed quia hic modus humanæ naturæ, & conditioni est maxime accommodatus, ex quo homo est animal sociale, & rationis capax. Hujus autem missionis indubitata est tessera, & velut litteræ credentiales, vera miracula, vel signa aliqua divina, & supernaturalia, quibus se hominibus probent, qui ita se missos dicunt, quod verè missi à Deo sint, & verbis eorum fides adhibetur: alias horum defectu non constabit, an qui se missos jactant, impostores haberi debeant, an veri Pastores: sic ut absque his Extraordinariæ missionis certitudo nulla ratione valeat obtineri.

EXEMPLA SCRIPTURÆ.

MOYSES immediate à Pop. à Deo missus, & novi mandati auspiciatus facultatem, cum diceret, Non credent mihi, nec audient vocem meam, sed dicens non apparuit tibi Dominus, accepit missionis suæ evidentiâ testimonio, miracula. Sic enim ad illum Dominus ait: Quid est, quod tenes in manu tua? cui ille, virga, & rursus Deus: Projice eam in terram. Projecit, & versa est in colubrum, ita ut fugeret Moyses, attamen apprehensa cauda illius, denuo in virgam versa fuit, addiditque Deus, ut credant, quod apparuerit tibi Dominus Deus Patrum tuorum, &c. Eoque signo uti, & consequentibus duobus, illius auctoritatem, & missionem confirmabat. Unde mox dixit ad eum Dominus: Vide ut omnia ostenda, quæ posui in manu tua, facias coram Pharaone.

Eisdem sigillis, & litteris credencialibus muniti fuerunt Elias, Heliæ, & nonnulli Prophete, quos immediate Deus constituit voluntatis suæ præcones, sic ut à Deo missos facile quisvis posse intelligere.

In nova lege, fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joannes: hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine: tandemque prædicare cepit baptismum penitentiam in remissionem peccatorum. Et nemo quis dicat, nullis signis missionem, & prædicationem suam cum confirmasse: satis evidens signum extitit dicendum, quod verba illa Jsaia, Ego vox clamantis in deserto, &c. de se dicta testetur. Deinde quod natus de sterili, per Angelum denunciata Patri incredulo pectus, nempe loquelæ amissio, vel suspensio usque ad diem natiuitatis ipsius; quod Spiritu S. repletus ex utero, & ab originali labe purgatus, denique quod Pater ipsius prophetaverit, & ipsum fore prophetam altissimi edixerit, quæ præter ante faciem Domini parare viam illius.

Ipse quoque Dominus, ac Redemptor noster, quem Pater misit in mundum, prædicationi suæ miraculum aquæ in vinum conversæ permisit, quamvis multa, quæ circa illum natiuitatem evenerant, testantur facerent illius divinitatem: hinc Pharisei horum testimonium evidentiâ videti fanebant, Scimus, quia à Deo venisti magister, nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum illo.

Sicut autem illum miserat Pater cœlestis, Deus Deum; ita & ipse misit Discipulos suos: hoc est, cum eadem potestate, & sigillo. Cum namque illis injunxisset, ut euntes prædicarent, quomam appropinquavit regnum cœlorum. Matth. 10. addit protinus: Infirmos curate, mortuos suscite, demones eicite, &c.

Deinde missi post ascensionem suam per universum orbem, prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Marci ult.

Constat autem ex universo Aetorum Apostolicorum codice, quantis miraculorum prodigiis prædicationem suam passim Apostoli confirmaverint, quæ non admitanda in nomine ejus, quem annuntiabant, effecissent.

Circa primam Pauli vocacionem, quæ non futura sanctitatis testimonio exhibita; Siquidem in itinere copia luce à celo missa circumfusis, Jesum sibi dicentem audivit, Ego sum Jesus, quem tu persequeris, & rursus justus ab eo ingredi Da-

mascum, ubi ei diceretur, quid facere illum oporteret, multa que stupenda memorantur apud Lucam Act. 9. quæ eum demum nuntiabant fore vas electionis, ad portandum nomen Jesu coram gentibus, & Regibus, & filiis Israël.

MISSIO ORDINARIA ILLIUS AUCTOR.

Ordinaria missio frequentior est, ea que Deum etiam auctorem habet, à quo deinde, qui missi fuerant, mox mittendi alibi potestatem, quam acceperant, exercuerunt. Constat enim, statim post Domini in cœlos ascensionem, constitutos presbyteros per civitates ab Apostolis, consecratos Episcopos, electos Diaconos, aliosque ministros, ad consummationem Sanctorum, & in opus ministerii Ecclesiastici. Quæ quidem mittendi potestas usque in hodiernum diem nunquam interrupta successione serie in Ecclesia Catholica perseverat, & hæc solita nota, quamvis plures alii numerentur; veram arguit Ecclesiam, in qua hæc Successio reperitur. Unde Tertull. in lib. de prescript. Cedant ait, hæretici Origines Ecclesiarum suarum, evolvant ordines Episcoporum ita ab initio per successiones decurrentem, ut primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris habuerit auctorem, & successorem. Hoc certè Ecclesiæ Romanæ est peculiare, & proprium, Cathedræ suæ Originem à Christo deducere, & per omnes ætates decurrentem in ea Episcoporum, & Pastorum legitime missionem, sibi que succedentium catalogum texere, quantumcunque etiam temporalis Domini forma fuerit immutata.

Igitur primum jus mittendi in Ecclesia habet summus Pontifex. S. Petri successor, & ovilis Domini custos, & rector primarius. Cum enim ille constitutus sit Pastor Christianorum omnium, neque per se omnibus adefse queat, per Episcopos suos aliosque ministros adest, qui accepta ab eo potestate populum sibi commissum pascant. Subordinatam, & velut secundariam mittendi Inferiores ministros potestatem habent Episcopi, quia & ipsi Diocesanos suarum primi, & summi constituntur Pastores, non ut sint dominantes in cleris, sed ut forma gregis facti, oves sibi creditas de necessario passu provident patres.

Sic enim iisdem mandatur per Rom. Pontificem, dum Cathedrali suæ præficiuntur, ut constet ex tenore litterarum, quibus instituntur, & sonant in hunc modum. Providemus Ecclesiæ tali de tali persona: & præficiamus eum in patrem, Pastorem, & Episcopum ejusdem Ecclesiæ, committentes ei administrationem, &c.

MISSIONIS ORDINARIÆ SERIES, ET USUS.

Ordinariæ missionis seriem facile est contexere ex Summorum Pontificum successione, Gentium Annalibus, ac Provinciarum, rerumque orbe gestarum Historiis; ut in quibus Scriptores omni ætate ad amissum monumentis suis providè intererunt, quos Episcopos, & Evangelii Præcones quælibet, aut Regio, aut civitas habuerit, à quo missi, quos successores numeraverint, quo tempore ibi esse desierint, ac multa his affinia, quæ in nullis Hæreticorum scriptis hæcenus reperire est, ut quorum omnium ortus, progressus, & occasus passim innouit. Unde illis convenit, quod Cyprianus 1. de Simplicitate Prælatorum scribit. Si sunt aut, qui se ultro apud temerarios convenas sine divina dispositione præficiunt: qui se præpositos sine ordinationis lege constitunt, qui nemine Episcopatum dante nomen Episcopi assument. Item quod de Novatiano Hæretico scribit: Novatianus in Ecclesia non est, neque Episcopus computari debet, qui Hæretica traditione contempta, nemini succedens, à seipso ordinatus est.

Cæterum ut dixi, ordinariæ missionis successione, & eorum docent, & evincunt omnes omnium temporum Historiæ, & annales: videat lector seriem Romanorum Pontificum infra in hoc opere tradendam.

De Episcopis verò ab iisdem cum potestate missis, loculentia testimonia antiquitatis evincunt. Paulus enim, & Barnabas pertransientes Lystram, Iconium, & Antiochiam, constituerunt illis presbyteros, id est Episcopos. Act. c. 14. atque id idem Paulus etiam Tito injunxit in Epistola ad eundem c. 1. nomen enim Presbyteri ibidem pro Episcopo accipi probant DD. quod statim illi mandato subjungat, qualem oportet esse Episcopum, est enim Episcopus, quati primus presbyter.

Videatur de hac re Lorinus in c. 14. Adhuc Apost. ver. 22. Et



Et constat Presbyteri nomen commune fuisse superioris, & inferioris ordinis sacerdotibus, itaque vult Paulus, Titum constituit presbyteros in singulis oppidis: puta in majoribus Episcopos, in minoribus Pastores, sive sacerdotes ita explicat, & sancit Leo 1. Epist. 87. ad Episc. Africae c. 2.

S. JOANNES relegatus a Domitiano in Pathmos, statim ac ab exilio fuisset reversus, per varia gentium loca ordinavit Episcopos, teste Euseb. lib. 3. hist. c. 23. quod non est dubium alios alibi praestitisse.

Quoad illos autem, qui ab ipso Rom. Pontifice immediate missi sunt, hodieque mittuntur, non est, quod in producendis exemplis laboremus, cum omnes Episcopi a quocunque tandem cujusvis privilegii praetextu designentur, aut nominentur, ab eodem confirmari, & insitui debeant, neque Jurisdictionem Episcopalem ab alio, quam Rom. Pontif. valeant obtinere: Infinitum foret per omnes Episcoporum missiones, & ordinem successione decurrere. Dabimus paucos e multis.

Erquidem pro explorato habemus, S. Clementem, qui Apostolicam Cathedram tertius post S. Petrum tenuit, praedicandi Evangelii causa missus in Galliam S. Dionysium Atracorum, ac Parisiensem Episcopum designasse, postquam a S. Paulo ordinatus primitus fuisset.

Idem Clemens Taurinum Episcopum ordinatum Ebricensibus missi, Lucianum Bellovacensibus, Eutropium Santonenfibus, Nicasium Rhothomagensibus, & alios alios, quas noviter instituebat Ecclesias, Episcopos praefecit, & ordinavit, referente ex Hungaro, & comprobante Caesare Baronio, tom. 1. Annal. Anno Christi 95. n. 7. Item tom. 2. Anno Christi 109. num. 43. Item Zacharia Lipeloo in vit. Sancti 9. Oshob.

Rursum Ann. Dom. 327. Frumentius quidam Aedefi socius, a D. Anathasio creatus Episcopus, non a populo, vel clero, sed ipso eodem, mittitur in Indiam praedicandi Evangelii gratia, teste Russo lib. 10. Hist. c. 9. ubi tamen Indi eum minime expectabant: tantum abest, ut suis suffragis elegerint, aut confirmarint.

Accedit D. Augustinus, non noster Aurelius Hippo-nensis Episcopus, sed monachus, qui de licentia Pontificis B. Gregorii, ordinatus Anglorum Episcopus a Germano Episcopo Anno Christi 597. cum focus feret 40. in Britanniam penetravit, quo Evangelium Christi (per missu Edilberti Regis) praedicante, gens Anglicana veram fidem est amplexa, restibus Bedae lib. 1. Hist. Genit. Anglorum, & ipsis Centuatoribus, Hareticis. Centuria 6. c. 9.

D. quoque Bonifacius Anno Christi 729. a Rom. Pontifice Greg. II. variis reliquiis, & literis ejusdem dimissorialibus instructus, per totam Germaniam Apostolatus, & praedicandi munus est sortitus, non a se, non Pop. non Magistratu, non Proceribus, non regni Principibus missus, vel hanc dignitatem adeptus.

Tenor autem litterarum supradictarum talis apud Uvillibaldum Episcopum legitur: Gregorius servus servorum Dei Bonifacio Religioso Presbytero.

Exiget manifestata nobis religiosi propoli tui pie in Christo flagrantis intentio, & approbata sincerissima fidei tuae per lata relatio, ut ad dispensationem verbi divini, cujus per gratiam Dei curam gerimus, te committitro utamur. Expectantes proinde te ab infantia sacras literas didicisse, profectusque indolem, ad augumentum crediti coelitus talenti, D. prospectu divini timoris videlicet gratiam cognitionis celestis oraculi, in labore salutiferi praedicationis, ad innocentium gentibus incredulis mysterium fidei, instanti conatu extendere, collataur fidei tuae, & auditores effici cupimus gratiae praerogate. Igitur quia praemissi conatus provisione, perduxisti consulum, ut membrum ex membro proprii corporis caput requirens, motum mentis probares, capitisque arbitrio humiliter te submittens, & ejus directioni, iusto tramite proptans, soliditati compaginis plenitudinem exitas; ideo in nomine Indivisibilis Trinitatis, per inconculsam auctoritatem B. Petri Apostolorum Principis, cujus doctrina, & msigisterio fungimur, & locum sanctae sedis administramus.

Modestiam tuam Religionis institutum, atque praecipimus, ut in verbo Dei (quo igne saluifero, quem Dominus mittere venit in terram, emittere videris) ad quascumque gentes infidelitatis errore detentas, proptare, Deo annuente, poteris, mysterium regni Dei per infusionem nominis Christi Domini

Dei nostri, veritatis suasionem designes, & per spiritum victoris, & dilectionis, & sobrietatis, praedicationem turbae te-stamenti, mentibus indoctis, consona ratione transfundas. Disciplinam denique Sacramenti, quam ad imitandos, Deo praevio creditore tenere studuas ex formula officiorum, sanctae nostrae Apostolicae sedis institutionis vice gratia praestata, volumus, ut intendas. Quod vero actioni suscipere tibi deesse perspexeris, nobis (ut volueris) intimare curabis, tibi deesse. Data Idibus Maii, Imperante Domino piissimo Augusto Leone II. a Deo coronato, Anno 3. Imperii ejus, Indictione 2.

Idem Bonifacius Anno Christi 741. certas Ecclesias Episcopales a se instituit per Zachariam Papam his verbis postulat confirmari. Domina carissimo, Summi Pontificatus infula praedito, viro Apostolicae Zachariae, Bonifacius servus servorum Dei.

Necessae quoque habemus indicare Paternitati vestrae, quia per Dei gratiam Germaniae Populus aliquantulum percussis, vel correctis, tres ordinavimus Episcopos, & Provinciam in tres Parochias discretimus, & illa tria oppida, sive urbes in quibus ordinati sunt, scriptis auctoritatis vestrae confirmari, & stabiliti precantes desideramus. Unam esse sedem Episcoporum decrevimus in Castello, quod dicitur Vitzburgh, & alteram in oppido, quod nominatur Buriburg, tertiam in loco, qui dicitur Erpeshors, qui fuit olim urbs paganorum. Haec tria loca propria auctoritate Apostolatus vestri roborari, & confirmari diligenter postulamur, ut si Dominus voluerit, per auctoritatem, & praecipuum sancti Petri, justionibus Apostolicis fundatae, & stabilitae sint tres in Germania sedes Episcopales, & ut praesentes, vel future generationes non praesumant, vel parochias corrumpere, vel violare praecipuum Apostolicae sedis.

Hanc autem confirmationem ex Theophane allegat Caesar Baronius Annal. tom. 9. Anno Christi 742. n. 6. his verbis. Nos tuis sincerissimis, atque nobis dilectis syllabis provocati, quae poposcisti, absque mora concedimus, & statim per Apostolicam auctoritatem, Episcopales esse illic Sedes, & per successorem Episcopos teneri, qui populus praesent, atque verbum praedicationis subiectis insinuat, unam quidem in Castello Vitzburgh, & alteram in oppido, quod nominatur Buriburg: tertiam vero in loco, qui dicitur Erpeshors; ita ut nulli post haec liceat ea, quae a nobis facta sunt, violare.

D. Bonifacio adicio 12. alios Germaniae Apostolos a Sergio Papa, An. 690. missos, Vvillebrodum, Sviwertum, Acram, Vvighertum, Vvillibaldum, Vvinibaldum, Lebuinum, duos Evvaldos, Vverensfridum, & Marcellinum, &c. De quibus Sur. tom. 2. die 1. Martii.

Denique 20. alios Episcopos ab Adelberto Hamburgensi Archiepiscopo, auctoritate Apostolica Alexand. II. ad gentes directos, Rudolphum, Oddonem, Christianum, Heribertum, Magnum, Albitrum, Egbertum, Vvilhclmum, Egonem, Adaluardum, Acicilium. Item Adaluardum, Tadicum, Simonem, Joannem, Tholoff, Sivardum, Meinardum, Olmundum, Bernardum, Algotum, de quibus Caesar Baronius, tom. 11. Anno Christi 1067. sub Alexandro 2. num. 16. ex Adamo lib. 4. cap. 46.

His omnibus coronidis loco se adjungat territorii Mechlinensis patrocinio celeberrimus D. Rumoldus Episcopus, vir vetere Apostolicus, & genere Scoticus, qui Romam petens, & a Rom. Pontifice Adriano IV. An. Christi 775. Apostolatus muneri initus, Mechliniam veniens illic Evangelium praedicavit, & gentem istam vera Christi imbutit cognitione, de quo Molan. in Natal. Sanctorum Belgii.

Hic loco accommodari possent nulla ex loco de Belgio, Tit. Ecclesiae status antiquus in Belgio. Ubi multa de illius Apostolis ad conversionem gentis eo missi.

\* CONDITIONES ALIQUOT REQUISITAE

In illis, qui ad conversionem gentium, & hareticorum instructionem mittendi, quique apud eosdem manent.

Primum, & ante omnia requiritur in eo, qui ad Infidelium, sive conversionem, sive instructionem mittitur, ut legitime, hoc est, ab habente potestate mittatur; ne aliunde, & non per ostium intraffe dicatur.

Idcoque missionis suae diploma, admittit in aliquam Provinciam, in qua prius alii cum potestate ordinaria sunt, exhibeat, & cum illis jam expertis conferat de modo, & forma instituenti ministerii. Si nulli tales fuerint, sequatur directionem sibi a mittente praestipatam.

Faciendus est Mitentis delectus Clericorum: ac singulorum inclinationes, vires, desideria, mores, erudito penitus investiganda, ut sint potentes exhortati in doctrina sana, & contradicentes arguere: bene mortificati, obediens, humiliter de semetipsis sentientes, non vaniloqui, ebriosi, cupidi, quarentes non quae sua sunt, sed quae Jesu-CHRISTI: parati durissima quaque pro Divini nominis, & fidei Christianae incremento sustinere.

Et quidem circa Regulares, quorum periculosior est a Monasteriis ablegati, juxta illud magis Arsenii. Quod pccis in arido, hoc Monachus in oppido, diligenter attendendum, quo Spiritu ad missionem ferantur. Plures enim contingit hac ratione libertatem sectari, ut superiorum, aut Regularis Observantiae jugum excutiant, & oculum, quem a se proiecitant olim, resumant, ut necpse vel commoditatis, vel voluptatibus tutius vacent, aut opes non opus accumulent. Quo fit, ut perlique in Provincis hareticorum nonnunquam Divitibus se infinuant, auram eorum captent, ut aurum corradant, fautores expetant, apud eos maneat, quod lautius habeantur, & ita lanam oportet quam oves quarant. Cui tamen meminisse eos potest Christum evangelizare pauperibus missum, neque personam hominum respexisse, & Apostolum Paulum omnibus omnia factum, ut omnes lucrifaceret. Dicere solet B. Philippus Nereus, Qui vult fructum facere in anima, contineat manum suam a bursa.

Quocirca Religiosus a superiore missus in omni conversatione, doctrina, verbo & exemplo, apud infirmos illos, professionis suae memor, nihil nisi quod religionem arguat, agat, ac commendabile omnibus manufactum, benignitate, continentia, conversatione se praebet. Ad quod vel plurimum conducet, si Religiosi, ubi ad loca deveniunt, in quibus Episcopi, an Pastores seculares ordinariam jurisdictionem habent, missionis suae testamur omni benevolentia, & humilitate exhibent, operam suam offerant, neque pro privilegii suis nimium altercentur, dummodo nihil inordinatum, quodve in notabile praedictorum ipsorum vergat, ab aliis proponatur, non ignorantes, quod pleraque indices conentur Religiosi circa functiones Clerici secularibus incumbentes, quae tamen ab his dissimulantur.

Deinde sua non debent immodeic jacitare, & saecularium ministeria despiciere, neque solum Religionis suae commoda, sed Ecclesiae bonum spectare. Siquidem notat Thomas a Jesu lib. 4. de convers. gentium, plerique religiosi idcirco in praedictis ex auro Indias perrexisse, ut temporalibus lucris inhierent, & neglectis Tartariam, Norvegiam, Moscoviam, ubi tamen summa mellis, & operarii nulli, aut vix ulli.

Etiam Clerici saeculares omni virtute praelucere debent gregi, ad quem mittuntur, dicto Superiorum obedire, operarios inconfusibiles se exhibere, pacem cum omnibus fovere, fraternitatem diligere, & ad normam praefatae vitae clericalis adlaborare. Certe B. Xaverius etiam facultate Apostolice legati munitus, ut notat Turfell. in vita, semper fe loci Episcopo subieci, ac omnibus gratum se, & officiosum praestitit.

Conveniet autem tam hos, quam illos a timore Domini aspicari ministerium illud tam sanctum, neque facile se ad illam vineam culturam ingerere, nisi tantum profecerint in illis, quae populo, ad quem mittuntur, sunt necessaria, ut sperent se fructum aliquem adferre posse. Aliter enim cum Gentilibus, aliter cum obstinatis Hareticis, Pastori, aut Sacerdoti agendum est aliter cum Judaeis, Mahometanis, Idololatriis. Unde & ex diversis principis, dogmatibus hi praesentibus inveniuntur, ideoque alii, & alii libri evolventi, aliis quoque, & aliis linguis incumbendum.

Quamvis considerent omnes debeant, qui hoc Dei opus sincere peragere intendunt, quod aderit laborantibus Spiritus S. dabitque os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, neque contradicere omnes adversarii. Dummodo laborent, ut eos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.

Expedit quoque, ut mittendi quantum fieri potest, oriundi sint ex illis Regnis, & Provinciis, ad quas mittentur: illi enim facilius fe amicos, & notis infinuabunt, eruntque minus suspecti, & odiosi. Quo fit, ut in Hollandia, ac vicinis Provinciis, Sacerdotes saeculares istius Provinciae jam annis retro actis xl. quibus haereses dissectae rursus ibidem potuit, majorem fructum L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

atum fecerint, quam omnes quotquot venerunt aliunde: quorum occasione excitatae plerumque turbae, diffidia, amulationes, quae a ministris Ecclesiae eliminari deberent. Immo quod plures ex illis tam Religiosi, quam saeculares aliunde advenientes, in Apostasiam, Incontinentiam, & Haresim prolapsi: cum Sacerdotem firmo vel domicilio sub Vicario suo Apostolico in Hollandia, & vicinis degentium, ne unus quidem defecisse deprehendatur, a proximis xxx. & xl. annis. Sunt enim v. ri graves, plerumque in celebri Academia ad gradus S. Theologiae promoti, zeloti ad opponendum instar muri pro domo Israel, paucis contenti, divitibus non molesti, neque cupidi, quin ex illis plures facultatibus propriis, & patrimonio erogato egenis, omnia sua Ecclesiae gratis impendunt, ut quibus sufficiat pro spirituali suo semine ab agris illis fidelium dignam mercedem necessaria sustentationis, quae nomine carnalium a Paulo vocatur, metere, ut adveniente Pastorem Principe, immarcescibilem coronam mellotii jure adificetur. Operae pretium fuerit Lectorem videre libellum super hoc Argumento pridem editum ab illustri D. Philippo Rovemo Archiep. Philip. Vicar. Apost. ibid.

Moderatio. Modestia.

\* DEFINITIO. EJUS SPECIES.

Modestia Graeci σωφροσύνη dicitur secundum Ciceronem 1. 3. Rhet. novor. Continet moderatio cupiditatum. Sed plenus a Summis dicitur virtus, quae quis se continet intra modum, & limites sui status, ingenii, & fortunae, estque suo modulo contentus.

Hinc patet modestiam affinem esse temperantiam. D. Thom. 2. 2. q. 160. statuit hujus virtutis quatuor species: humilitatem, quae coeret motum animi ab excessis: modestiam, quae limitat desiderium curiosae cognitionis.

Modestiam morum, quae motum, gestusque externos moderatur: & modestiam in cultu, sive externi apparatus. Modestia est, cultus, & motus, & omnem nostram occupationem ultra defectum, & citra excessum sistere, de qua Horatius, serm. 1.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines, quos ultra, citraque nequit consistere rectum.

Hugo. Est in ipso motu, gestu, incessu, tenenda verecundia. Habitus enim mentis, in corporis statu cognoscitur, hinc homo cordis nostri absconditus, aut levior, aut jactantior, aut turbidior, aut contra gravior & fastidiosior, & purior & maturior aestimatur. Itaque vox quadam est animi corporis motus.

Est gestus probabilis, in quo fit species auctoritatis, gravitatisque pondus, tranquillitatis vestigium, ita tamen ut studium delat, atque affectio, sed motus ibi fit purus, ac simplex. Sicut molliculum, & infra tum aut vocis sonum, aut corporis gestum non probro, ita neque agrestem, neque rusticam naturam imitemur. Effigies enim forma disciplinae, forma honestatis est. Ambros. lib. 1. Officior. c. 18.

DE MODESTIAE PRAESTANTIAE EXEMPLA, ET APOPTHEGMATA.

In genere.

ETHNICORUM.

SOCRATES. In navigando gubernatori, in vivendi ratione H melius ratiocinanti parandum esse dicebat. Ant. Max. Is. serm. de animi humi.

LUCIA Augusti Caesar. uxor. interrogata, quibus rationibus Augustum sibi subieciisset Respondit: Multa modestia, quod ea quae placerent Augusto, faceret libenter: quodque se scire dissimularet, quibus ille rebus domi frueretur. Dion. in Tib. PYTHAGORAS, postquam venisset Pluitem, & cum Leonte Philasorum principe doctae, & copiosae quadam differuisset: Leon ingenium, & eloquentiam hominis admiratus, quaevisit ex eo: Qua maxime arte consideret? cui Pythagoras respondit, Se nullam quidem artem scire, sed esse philosophum, id est, sapientiae studiosum: hujus verecundia sapientis cognomen arrogans, quo se prius viderantur esse esse philosophum modestiae. Erasmi. lib. 6. Apophth.

SOCRATES illud omnium maxime celebratur, quod dicebat, Se nihil scire, nisi unum, quod nihil sciret. Inquirebat enim de singulis, tanquam ambigens, non quod revera nihil haberet, Nn certo



certò cognitum; sed hac ironia & suam declarabat modestiam, & aliorum redarguebat arrogantiam, quise profitebantur nihil nescire, cum revera nihil scirent. Sophista quidam publicè profitebatur, se ex tempore responsum ad omnem propositam materiam: horum arrogantem incitiam sepe numero confutabat. Socrates, atque hoc ipsum, ut ipse quidem interpretatur, ab Apolline iudicatus est sapiens, quod quamvis omnium rerum ignorantiam cum ceteris haberet communem, eo nomine tamen illos superaret, quod suam incitiam agnosceret, cum illi hoc quoque nescirent, se nihil scire. Erasmi lib. 3. Apoph.

ARCESILAUS, si quando probabat aliquid, dicere solitus est, quis istud, id est: ajo, sive mihi videtur, sive fateor. Si quid displicebat, dicebat, & quicquid dixeris, nemo est deus, id est, his non assentiretur ille, nominato quopiam; simul & in asseverando servans modestiam, & in contradicendo fugiens invidiam. Laert. lib. 4. c. 6.

AGESTILAS cum ex Aegypto in patriam proficisci vellet, in portu Menelai morbo lethali correptus est, verum cum jam mortis hora instaret, suis prohibuit, ne corporis sui imaginem, vel statuum in honorem ejus erigerent. Si quod inquit praclarum facinus gessi, hoc erit monumentum mei, si minus, ne omnes quidem statuae illustrabunt mei memoriam. Plut. in Lac.

Idem, Audiens Megarensis adolescentem juveniler de sua civitate jactantem: Sermones, inquit, tui opus habent magnis viribus. Modestè reprehendit adolescentem, qui magnificè quidem loquebatur, viribus autem careret. Ibid.

ALEXANDER videns quibus sibi honores tribui, vulnere in bello ait: Cur me Deum vocatis, qui me videtis sanguinolentum, ac vulneratum sentire humanam imbecillitatem? Plut. in Apoph.

AUGUSTUS CAESAR. Si quando filios suos dimitteret ad peregrinos, modestè eos sic hominibus commendavit, ut beneficerent, si mererentur. Suet.

Postquam Agefilus ingenti strage fregisset Corinthiorum vires, eoque intra moenia compulso, multis hortantibus, ut urbem oppugnaret: negavit id suae virtuti convenire, qui peccantes ad officium cogeret, non qui nobilissimas Graeciae urbes subverteret. Et hoc ut est eximie ejusmodi moderatio, ita quoque adjecti, admirabilem viri prudentiam arguebat. Si, inquit, eos extinguere voluerimus, qui nobiscum adversus barbaros steterunt, ipsi nos expugnaverimus, vel quiescentibus hostibus, qui subversis sociis, nullo negotio, quando volent, nos opprimunt. Plut. in Lacor.

AGIS, quodam dicente, Philippum effecturum, ne Lacedaemonis pateret iter in Graeciam: Nobis, inquit, Agis senior, o horripes, nostra patria sufficit ad illic vivendum. Peccatus ad utrumque paratum, & ad profendum imperium fit contingat, & ad boni consulendum fortunam licet medicorem, cum principis in vulgus nec quod obigit sapienter administrarent, nec ullis fatientur ditionis accessioibus. Ibid.

LYSANDRO defuncto, Agefilus numerosam sodalitatem aggregatam competit, quam ille ex Asia domum reversus, statim contra Agefilum instituerat. Id primum indignè ferens Agefilus, declinat omnibus ostendere, ejusmodi civis Lysander, dum viveret, fuisse, ac perfecta oratione quadam, quam moriens Lysander post se reliquerat de rebus novandis, & mutatione rerum in Republ. quoniam arguebat Lysandrum perniciosum fuisse civem, ac seditionis avidum, evulgare voluit. Attamen cum Ephoro quodam scire, ac rerum perito intellexisset, hoc non bonum fore, ait: Nolimus recedere Lysandrum, ne in mortuos levitate videamur frustrari. Ibid.

Cum fortis quidam miles per calumniam apud Pelopidam deferretur, ut qui convictus esset: equeidem dixit: facta ejus respicio, verba autem non audivi. Stob. ser. 10. Anton. in Metaph. part. 1. ser. 54. Max. ser. 10.

THEOPOMPUS, uxori obijurganti, quod regnum humiliter, ac minus esset filii traditurus quam accepisset: Haecenus igitur, inquit, majus quò diuturnius? Quae moderata sunt, in longum tempus durant, & hoc ipso meliores sunt. Plut. in Lacor.

Socrates, cum ei revelatum esset, quidam de te male loquiter: Verberet me etiam, inquit, modo abfentem. Max. ser. 10. Quidam à Socrate salutatus, non refutavit, sed hoc nequaquam moleste tulit Socrates: amicus autem admirantibus, & ob hominis incivilitatem indignantibus: Si quis nos praeterit, pejus affectus corpore, quam nos sumus, nequaquam illi feceremus: cur igitur illi succentem, qui pejus affectus est animo, quam nos sumus? Erasmi lib. 3. Apoph.

Ajunt, Eum colapho percussum, nihil amplius dixisse, quam molestem esse, quod nescirent homines, quando cum galca E prodire deberent. Senec. lib. 3. de Ira, c. 11.

ZENO Citieus, cum esset à quodam interrogatus, quomodo affectus esset erga convivium: Perinde, inquit, atque si legatus absque responso dimittatur. Significans, eos, qui non habent, quod respondeant: ad convivia solere confugere: et quae non pluris oportere fieri, quam si nihil esset responsum planè. Laert. lib. 7. c. 1.

Cleantes Sophistae Poeta coram populo Cleanthem praesentem hoc carmine proficidit.

Odi Kλάντης μορφήν σου. Id est, Quos Cleanthis fatuitat.

Tanto convivio tactus, nil quicquam mutavit de vultu. Qua patientia delectari auditores, applaudentes philosopho Sosthenem eiecerunt. Cum Sosthenes diceret, se poenitere, quod illum aspersisset: respondit Cleanthes, Absurdum fore, si cum Poeta frequenter illudant Libero patri, & Herculi, nec illi succentem, si ipse ob leve convitium indignaretur. De diis enim multa profusa scripsit Poeta, ut cum Bacchum facium mollem, timidum, ac temulentum, Herculem facium ferientem Omphala, usque ad scandala commingitatum caput. Laert. lib. 7. cap. 1.

Nihil facilius fuit Antigono, quam duos magnos duces juberet, qui incumbentes regio tabernaculo faciebant, quod homines & periculo sissimè, & libentissimè faciunt, de rege suo male existimantes. Audierat omnia Antigonus, utopè cum inter dicentes, & audientem palla interesset, quam ille leviter commovit, & longius (inquit) discedite, ne vos rex audiat. Idem quodam nocte, cum quodam ex militibus suis exaudisset omnia mala imprecatens regi, qui ipsos in illud iter, & inextricabilem lorum deduxisset, accessit ad eos, qui maxime laborabant, & cum ignorantes à quo adjuvarentur explicuisset, Nunc (inquit) maledicti Antigono, cujus vitio in has miseras incidistis, ei ante bene optate, qui vos ex hac voragine eduxit. Idem tam miti animo hostium suorum maledicta quam civium tulit. Itaque cum in parvo quodam castello Graeci obfederent, fiducia loci contententes hostem, multa in deformitatem Antigoni jocerantur, & nunc staturam humilem, nunc collisum nasum deriderent: Gaudete, inquit, & aliquid boni spero, in castris meis Silenum habeo. Cum hos diceres fame domuisset, capis sic usus est, ut eos, qui militie utiles erant, in cohortes deferberet, ceteros praconi subiceret: id quoque se negavit facturum fuisse, nisi expeditur his dominum habere, qui tam malam haberent linguam. Senec. lib. 3. de Ira, c. 22.

ISOCRATES, Cum quidam apud eum obreceptoris sermone referret, ac diceret, me praesente ille hac in te maledicta spargebat. Nisi tu, inquit, liberent audires, nunquam convitius esset. Max. ser. 10.

XENOCRATES ingratiudinis, à Platone insimulatus, nunquam indignatione, irave commotus est, sed illi qui ipsum ad respondendum Platoni instigare: Hoc inquit, quod nunc facio, mihi bonum, atque commodum est. Et prudentissimè homini silentium imposuit. Aelian. lib. 14. de var. hist.

Sophista quidam cum Demone amec accusaret, diceretque: Cur me toties tam accèbe calumniaris? Quia, inquit Demonax, non contemnis male loquentes. Max. ser. 10.

MOSCHION, Multorum improborum calumniis peti, neque indecorum, neque detrimentosum esse dicebat. At ab uno aliquo bono vituperari, & decorum, & commodum esse judicabat. Idem ibid.

ARCESILAUS cum honestos viros ad cenam invitasset, accumbentibus omnibus, & cibum jam gustare volentibus, videns abesse panem. Quam, inquit, res est apta conviviis apparandis, esse sapientem. Dedit vir prudentissimus philosophiae moderatiois exemplum, qui incandescere eis, qui pro officio menfam necessariis rebus ornare debebant. Laert. lib. 4. c. 6.

AGESILAUS, Eos à, quibus odio persequebatur clandestino, in duces belli eligebat, magistratus factos evhebat, si quid ab eis improbè ageretur, patrociniabatur: atque hac arte reddere eos clandestinis hostibus amicos. Quid hac animi moderatio pulchrius fuit? qua mederi malevolis maluit quam ulcisci. Plut. in Apoph. Lac.

Cum quidam Agefilum Lacedaemoniorum Regem interrogasset, quid apud Spartanos Lycurgi leges profuissent? moderatè respondit: Omnium voluptatum docuerunt contempitum. Plut. in Lacor.

S. verò Ambrosii lib. 1. Offic. ab hac virtute hominis precium decerni, verbis initio hujus loci allegatis asserit. In. c. 18.

\* ACTUS PARTICULARES MODESTIAE. Ex S. Ephrem. Et Bernardo.

Virtutis hujus actus particulares describit quaquaerunt S. Ephrem lib. de virtut. In viuis cap. de Temperantia, Et Continentia, dum ait: Temperans modestiae freno linguam temperat à convitiis, & execrationibus abstinet, non delectatur vaniloquio, unum in alterum calumniando, & obrestando non commovet: secreta celat, & silentio aliena conerit. Temperans in auditu dicitur, qui aures rebus inanibus, & maledicis non accommodat. In oculis, qui non passim, quae oblectare possunt, aut quae nefas est videre, recipit. Animo temperans est, qui sic eum regit, ut non efferatur in iracundia, nec cito exacerbatur. In gloria modestia cernitur, quando quis ita mentem moderatur, ut nec honoribus, nec dignitatibus, nec laudibus aucupandis vincatur. In cogitationibus cum quis timore Dei blandas, ardentisque cogitationes reprimat. In cibis, quando nec delicatioribus quis delectatur, nec extra praefinitum edendi tempus cibum appetit, horamque anticipat, nec dapum varietatem, & pulchritudinem avidè requirit. In potu, quando non immodicè non solum vino, led nec atque quidem potu fruatur. Hac ille.

Brevius S. Bernardus epist. 113. Disciplina, inquit, mentem, & corpus componit, cervicem submittit, ponit supercillia, componit vultum, ligat oculos, ac chinno cohibet, moderatur linguam, gulam frenat, iram sedat, format inceffum.

MODESTIAE, ET MODERATIONIS EXERCITATIO IN SPECIE,

Primum quidem CIRCA HONORES, Nempe MAGISTRUM, TUM CONTEMPTUS HONORUM, HUMILITATIS. Sive Revolatione.

ANTONIUM Abbatem tradunt in spiritu vidisse orbem terrarum quaquaerunt laqueis raptum esse: & cum mirabundus, Quis illos evadere possit, quafisset: responsum fuisse, Humilitas. Marul. lib. 1. c. 5.

Perfuaione. ARATUS SICYONIUS persuasit Lydiadi primum Magolopolitano, deinde Aristomacho Argivorum tyranno, ut tyrannidem deponeret. Plut. in Arato.

DIOCLETIANUS Imp. Maximiano quoque collega, licet invito, deponere imperium persuasit. Vigon.

Admirations. PHILIPPUS Macedo, Graecia potius imperio, ad refranandum animi fastium puero delegavit hoc officium, ut singulis diebus manè ter acclamaret: Philippe, memento te hominem esse, & non deum. Aelian. lib. 8. de Par. hist.

ALEXANDRO Aristoteles: Non modò, inquit, qui multis imperant, his ingentes animos gerere licet: sed & illis, qui de Diis sentiunt rectè. Plat. de Sui laude.

Idem ad Antipatrum scribens, Alexandrum Macedoniam Regem monere jubet, ne tot victoriis elatus, Deum contemnat, cujus nutu omnia moventur. Plut. lib. 1. de optimo Civite.

CONSTANTINUS Magnus Augustus, & filius ejus Constantius, & Constant, Caesares, magnitudine virtutis, ac sanctitatis Antonii Monachi Aegypti audita, multis cum literis ad scribendum provocarunt: quibus ille acceptis haudquaquam elatus, convocatos Monachos ita est alloquutus: Reges seculi literas ad nos scripserunt: verum quid Christianis hoc astimandum? nam licet diversa sit dignitas, tamen eadem est nascendi, mortendi que conditio. Illa sunt nobis magni facienda, quod Deus hominibus legem scripserit, & quod per filium suum Ecclesiae propriis eloquiis exornari: quid Monachus rationis habet cum regibus? cur ergo literas eorum accipiam, quibus solita reddere salutatiois officia nesciam? Monentibus autem fratribus, videndum esse, ne ille silentio suo animos Regum adversus se irriteret, rescripsit, laudans eos primum, quod Christum colebant, deinde monens, ne regie potestati tantum tribuerent, ut praesentis imperio carnis inflati, se homines esse, & à



& à Christo iudicandos fore obliuiscerentur, & ut clementia, ac iustitia erga subditos inferebant. Quorum ex literarum lectione summam principis voluptatem ceperunt. Sigon. l. 4. Imp. occid.

PLACILLA Theodosium Imperatorem maritum admonere solebat, ut se olim privatum hominem fuisse cogitaret: & præ cæteris ad Romanæ Reipubl. gubernacula assumptum, non ut superbiat, sed ut hominem se esse cogitans, variis fragilitatibus non minus, quam subditis obnoxium, ritè gubernaret imperium, tanquam Dei servus. Niceph. Callist. lib. 12. c. 42.

D. GREGORIUS ad Augustinum Anglorum Apostolum sic scribit: Scio quia omnipotens Deus per dilectionem tuam in gente, quam eligi voluit, magna miracula ostendit. Unde necesse est, ut de eodem dono cœlesti, & timendo gaudeas, & gaudento pertimescas. Gaudeas videlicet, quia Anglorum animæ per exteriora miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur: pertimescas verò, ne inter signa, quæ sunt, infirmus animus in sui præsumptione se elevet, & unde foras in honore attollitur, inde per inanem gloriam intus cadat.

Item: Restat, ut inter ea, quæ operante Deo exterius facis, semper te interius subtiliter iudices, ac subtiliter intelligas, & temetipsum qui sis, & quanta sit in eadem genere gratia, pro cuius conversione etiam faciendorum signorum dona percipisti. Et si quando creatori nostro seu per linguam, five per opera reminisceris deliquisse, semper hæc ad memoriam revoces, ut surgentem cordis gloriam memoria reatus premat: & quicquid de faciendis signis acceperis, vel accepisti, hæc non tibi, sed illi reputes donata, pro quorum tibi salute collata sunt. Greg. lib. 9. epist. c. 58.

Non nobis, dixit Propheta summus David, sed nomini tuo da gloriam: cum cœli numen alloqueretur. Clamar fatidicus ille Vates, testatur, admonet, demeritis, & stulti esse, tribuere homini, quod proprium sit numinis, ad quod bona cuncta sunt referenda. Omnes humanæ vitæ successus inde sunt inde & quicquid in terris boni nominis habet, vel ex uberrimo manat fonte. Sab. lib. 10. c. 1.

Christus Opt. Max. non exemplo tantum, sed & præceptis ambitionis exitiale virus suis eximere volens: Cum ieiunatis, inquit, nolite fieri, sicut hypocritæ, tristes. Tu, cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito. Ex Palæstinorum mollitie metaphora utitur per quam letari, & gaudere iubet, ut hypocritarum simulata sanctitatis tristitiam arguat. Marul. lib. 4. c. 1. Gloriabantur Apostoli, quod demoniis imperarent, & audiant à Christo: Nolite gaudere in hoc, quia demonia subiciuntur vobis: gaudete autem, quia nomina vestra scripta sunt in calis. Et, Videbam Sathanam, inquit, sicut fulgur de cœlo cadentem. Marul. lib. 5. c. 7.

APOLLONIUS Abbatem Monachis præcipere solitum tradunt, ne quis propterea se alius excellere existimaret, quod aliquo miraculi ostento insignitus esset: quandoquidem & Dominus discipulos suos non ideo gaudere iussit, quia demonibus imperarent, sed quia in libro vitæ æternæ scripti, censique essent. Iterum admonet, si quam aliquis ex illis, vel secreta visionis, vel spiritualis fructificationis dotem à Deo accepisset, nemini, nisi necessitate coactus, prodere. Alioqui filium præ cæteris in exultatione haberi contigit, haud facile vanæ gloriæ vicio cariturum. Eo autem repente, gratiam omnem, quam assecutus fuerat, irritam fore, dicente Scripturæ: Qui in uno peccaverit, multa bona perdet. Denique domicilia eorum ob hoc cellas appellari, quod in his celarentur, quæ occulta esse velint. Marul. lib. 1. cap. 5.

Nico Galenum Pergamenum filium suum, medicum clarissimum, præter cætera docuit etiam gloriam, & honorem, ut illecebras omnium malorum, & veritatis hostes, contemneret. Gal. lib. de Dignosc. & cur. animi morbis, c. 8.

Salvator noster, ut humilitatis exemplum nobis inculcasset, in Galilæa concipi, & educari voluit, regione tunc temporis contemptissima. Humili matre nasci, in præsepio reponi, cum pauperibus conversari, honores oblatos respicere, nudis pedibus ambulare, asino yehi, pedes discipulorum lavare, inter latrones crucifigi, denique usque ad mortem crucis ignominiosissimam in extremo probro, paupertate, atque dolore patri obediens esse voluit.

Themistocles Neoclis filius, audiens quosdam infirmos magni quæratum: Si mihi, inquit, duas ostenderetis vias, quarum una ad infernum, altera ad tribunal duceret, multo libentius in-

grederer eam, quæ rectà ad infernum tenderet. Ælian. lib. 9. Var. hist. Hoc Plut. Demoftheni tribuit.

PERTINAX Imper. filios suos in Palatio nutriti noluit, cum imperium cogitaret deponere, & ad privatam vitam redire. Memorat Herodianus, filium jam adolescentem in nunquam in aula Palatinam deductum, se intra privatos parietes continuisse, & in ludum litterarum, atque gymnasia de more itisse, ut nihil privato ab familiaribus erudiret. Casp.

TOTILAS Gothorum Rex, Roma capta, conversus ad suos: Videte, inquit, rerum fluxam conditionem humanarum, cernite fortune mutationes. Paucis ante nos annis, ducenta Gothorum millia septem millibus expugnavit, & vicis Bellisarius. Ego non totis quatuor millibus, viginti Gothorum millia superavi: & jam urbem Romam, orbis quondam Dominam, sub pedibus tenemus. Proinde non superbiendum nobis, sed Deum præ oculis habentes fortune mutatione extimescimus. Crantz. lib. 3. Ætæ c. 12.

SALADINUS Ægyptius Sultanus, tantum ab inani laude, & ambitione remotus, quantum vix ullus tunc Christianus Rex, suos commonefecit, ut sibi mortuo, lineam interitalem hastili adpenam præferrent, vociferante præcone, Saladinum Africæ dominitorem, ex tantis opibus nihil aliud secum ferre. Dabr. lib. 14.

STUDII HONORIS.

Spartani liberos suos mox à prima ætate duci cupiunt gloria, ut infamia ingemifcant, & exultent laudibus. Quem non tangant ea, neque commoveant, ab omnibus despicitur, ut degener ad virtutem ignavus. Plut. in Lysandro.

Apud Spartanos ante pugnam Rex Musis sacrificabat. Eudamidas rogatus causam: Quo res getta, inquit, ornata historiam consequatur. Plut. in Apoppi. & Lycurgo.

Athenienses quotannis stato tempore omnibus civibus cotitis quadrate formæ terram (quam Græci Ostracum nominant) dabat. In ea terra is, cui dabatur, nomen, quicquidque ei videretur, describat. Collectis autem cum hac nominum inscriptione testis, si numerus eorum sex millia transcenderet, is, cuius nomen frequentius in ipsis ostracis notatum inveniebatur, decem annos exulatum abibat. Hoc modo in urbe libera potentium civium ambitio, effrenatque animi continebantur. Fulg. lib. 1. cap. 1.

XENOPHON primo ἀποταμιωτικῶν, commemorati, Socratem familiares suos ab inani laude, falsaque gloria deterruisse, neque ullam esse certiorum viam ad gloriam capessendam docuisse, quam si quis illi ageret, ut qualis haberi vellet, talis esset. Victor. lib. 5. Var. lib. c. 11.

ALCIBIADES fuit admodum adolescens in expeditione contra Ponticam suscepta, habuitque contubernalem, & in certaminibus latum suum cingentem Socratem. Cum aliquando acris pugna esset, præ cæteris ambo dimicaverunt strenue: faucium autem Alcibiadem protexit, & defendit Socrates: & verò, quod constitit omnibus, cum cum armis conservavit. Debebat ergo optimo iure præmium militæ Socrati. Sed cum ob dignitatem aperte contenderent duces referre Alcibiadi honorem: Socrates, quo ejus in rebus præclaris intendere ambitionem, primus testis fuit, & auctor, ut donaretur ille corona, & decoris armis. Jam pugna in Delio terga dantibus Atheniensibus, Alcibiades equo vectus Socratem pedibus se cum paucis recipientem, ut eum conspexit, non est præteritum, sed sispavit, testisque cum, quamvis inflarent hostes, & multos oburuncavit. Plut. in Alcibiade, & Plato in Symposio.

ANTIGONUS Rex Macedonum, cum mitteret filium suum Demetrium cum numero classe ad Græcos liberandos, dicebat, Gloriam à Græcia velut à specula in orbem terrarum accendi. Juvenem gloriæ studio extimulans, ut strenue rem ageret, quod ejus laudis rumor non intra Græciæ fines esset continendus, sed ob Græci nominis celebritatem per omnes mundi plagas divulgandus. Roterodam. lib. 4. Apoppi. ex Plut. Demetrio.

Romani ut ad recentia semper virtutis monumenta comparanda suos accenderent (quando virtus gloria comprimit desoloscere consuevit) inter ea, quæ Diis sunt dicata solas manibus nec exerebant, nec excolabant, nec resituebant. Plut. in Centuriat. Rom.

CATO major præclara facta præclaris decoranda orationibus demonstravit, ne gloria defraudarentur. Plut. in Apoppi.

BERTRANDUS GUESCLIVIVS ducta uxore nobiliss. Tiphania, à consuetis amorum exercitiis amoris causa feriatur. Illa generoso animo sisdem artibus, virtute felicitet & gloria, amorem suum conservari posse, ut quibus illud sibi conciliasset, professæ, & maritum in Gallia fuerit creatus. Ægid. Corvozet. de Ditiis, & factis mem.

D. LUDOVICUS, Francorum Rex, ambitum coercuit. Decuriam, honore esse in sua jusque civitate largitionibus parati ceperant: hunc remon gravi edicto solvit, sibi primum imperans, quod virtuti, meritæque deberetur, fortunæ, aut vero non dari. Æmil. lib. 7.

DISCIPULI TUM STUDII HONORIS.

ACHILLES tanti gloriam militarem non fecisset, si solum esset Theretiam factus formidulosus Ajax spectatorem, atque arbitrum: sed subdebant et similes A paces, Diomedes, Ulysses, Nestor, & filii Atrei, & Hector hostis, qui non erat occasione defuturus ad nocendum, si quid ille de viribus & ardore animi deditur. Quin & illud non segni erat calcar.

Heu socii! quanto moreret Græcia ludu? Gaudebitque, domus Priami, & Trojana juvenatus. Ludovic. Vires de Officio Mariti.

Acutissimè illud in Hominum moribus, ac natura apprehendit, qui dixit: Honore alii artes. Excellere enim quisque cupit, & honore affici: quare, ut id consequatur, ei se tradit studio, quod in precio esse videt. Ita fit, (quam rectè, non disputo) nec solum in magnis civitatibus, atque populis, sed in quoqueque cœtu, in quoqueque consuetudine, & familiaritate hominum virorum, feminarum, & juvenum. Si eloquentia maxime in libens civitatis floruit, velut Athenis, & Romæ: quod is certissimè videt gradus ad maximos honores, ac potentiam. In Academiis publicis plerique alliciuntur illis honorum nominibus, tum is, que magno astimantur. Unde Læticæ tanta Theologorum copia, Aureliæ Jurisconsultorum: apud Nitiobreges, quem nunc Montempefulanum vocant, Medicorum. Et sub Principibus, ut quisque est arte aliqua delectatus, ita ea in ejus regione tradita est, & exculta. Sub Alexandro militabant plurimi: sub Augusto nemo non cudebat carmen: Neoris tempore multi per urbem cantores, histriones, phonæci, multi magi. Adrianus omnes faciebant observatores veterum scriptorum, Phœnicis nauticas artes multum exercere ad suum quæsitum. Lud. Vires de Causis corruptarum artium l. 1.

ROMULUS, qui parens fuit, & conditor Romanæ urbis, & Numa, qui ei successit, etiam inter deorum aras hic vixit, ille inter lituos, & arma, neuter tamen tantum suscepit laboris si omnia cum corpore interitura credidisset. Aliquid ambo sperarunt diversum à mortalitate: quapropter laboriosè vivere, non voluptuosè maluerunt. At Curius pauperas, fides Reguli, Fabricii constantia, Catonis sanctitas, Bruti, & Torquati severitas, multo longius prospexere, quam brevis sic humane vitæ terminus, nisi virtutis operibus longius extendatur alia, atque alia via. Cæterum omnes immortalitatis spem complexi tales fuerunt, qualium virorum fama est omni ævo duratura. Sab. lib. 5. c. 5.

CONTEMPTUS HONORIS, HUMILITATIS.

EPAMINONDAS solitus aliàs prodire unctus, & fronte exortada: post idie confectus cum Spartanis ad Leuctra, quantumvis victor, fordidatus, & vultu dejecto est progressus. Requirendus. Num quid ei tristissimus accidisset? Nil, inquit, verum heri animæ vultu majores me, quam decebat, amicos gefisse. Quate nimiam animi effusionem hodie coereco. Plut. in Apoppi.

ANTIGONUS Rex, ut ex morbo affluerit: Haud malè, inquit, ad eum est nobiscum. Commovet enim morbus nos, ne spiritus, cum mortales simus, sustollamus. Plut. in Apoppi.

Instituitur filii Romanorum, ut qui triumpharent, eoque diutius vivos hostium duces servarent, hi per triumphu ducti pulcherrimum spectacula, fructumque victoriæ populo exhiberent: at cum de foro in Capitolium currum flectere inciperent, illos duci in carcerem jussurunt: nimirum, ut idem dies & victorius imperii, & vidis vitæ finem faceret. Cic. in Ver. 7.

Romæ tanta vitæ integritas, & discipline observantia ex legibus contra ambitum latis, nata est, ut post longa tempora M. L. B. Theat. vir. Human. Tom. V.

Catonem ambitus diem dixisse illis, qui largitiones fecerant, pro miraculo fuerit. Alex. lib. 3. c. 17.

Multi Romæ clari adolescenter, & nobili orti familia vocati in crimen fuere, quod molliet se, & contra disciplinam militarem gefissent in stipendiis faciendis. His ad M. Tul. Cicero prætorum Siciliæ remisit egregie patrocinatus, & liberavit eos. Quibus rebus clarus, Romam regredienti quiddam sibi accidisse ridiculum ipse ait. Nam cum in Campania incidisset in quendam ex primoribus, quicum sibi exultimabat intercedere gratiam: Qui sermo esset, quæstio se, inter cives de rebus suis gestis, & quid sentiret? arbitratum nomine, & gloria se actionum suarum rotam implese civitatem? Respondisse illum: Tu verò Cicero ubi hoc spacio fuisti? ibi animo se planè concidisse, si mentio sui in urbem tanquam in vastum incidens pelagus, nihilo se ad gloriam reddidisset conspectorem. Post collectis rationibus suis videns rem immanem esse, ad quam contenderet, gloriam, cuius nullum cerneret exitum, multum de ambitione remisit. Verum enim verò ayebar supra modum celebrari, tenebatque eum perpetuo cupiditas immensa gloriæ: que multa ejus præclara consilia frequenter interpellavit. Plut. in Ciceroe.

MODERATIONIS CIRCA HONORES POSSESSIO, EXERCITATIO, PER se considerata. IN HONORE AMPECTENDO, MAGNANIMI, GLORIÆ STUDIOSI IN GENERE Reges, Pueri.

Fuisse Cyrus Perfarum Rex ita comparatus à natura perhibetur, & forma pulcherrimus, & animo humanissimus, ut discendi, adipiscendique honores cupidissimus esset: adeoque nullum non laborem perferret, nullum non periculum laudis gratia sustineret. Xenoph. de inst. Cyri l. 1.

ALEXANDER MAGNUS neque undique, neque gloriam aucupabatur omnem, ut Philippus, qui sophistiarum more faciendam suam ostentabat, & victorios curum Olympiæ suis numeros signabat: sed cum tentaret eum ministris, quæ pernix erat pedibus, an in Olympiæ certate curticulo vellet 2. sanè, si habiturus sim, inquit, adversarios Reges. Plut. in Alex.

LITERATI.

Mularum nutricem fuisse Euphemen fingunt, quod præter quæ ex iis, Qui eruditione sua clarum sunt consecuti nomen gloriæ immortalis spe ingenii sui monumenta ad posterum transmissurint. Unde tritum illud, Honor alit artes. CONTEMNENDO, FUGIENDO GLORIÆ contemptus. HUMILES in genere.

De Humilitate alibi, tanquam de Affectu egimus: quem ipsum si rectè moderetur ratio, habitum eum confisuit, de quo nunc agimus in honoris potissimum abiectione elucescentem, & propterea ad Moderationem honoris propriè referendum, in d. In simul, & in quæst. At si causam hujus abiectionis respicias, ad alias quoque virtutes referri poterit. Nam si conscientia sue tenuitatis honores respiciat, ad popularitatem: si amore hominum, quibus cum conversatur, ad Popularitatem: si ob delicta commissa, ad Justitiam tam profanam, quam religiofam releganda erit, sub Tit. Penitentia.

QUI. PUTA.

Reges, Imperatores. DAVID quamvis in Regem unctus esset, tamen iustu patris cibos fratris suis rus portare non erubuit, 1. Reg. 17. Cælo Goliath, Saul Regis gener factus, non tamen elatus sese gefit, 1. Reg. 19.

TIBERTUS CÆSAR imminenti ab inimicis discriminitu liberatus metu, civilem se admodum inter inia, ac paulo minus quam privatam egit. Ex plurimis, maximeque honoribus præter paucos, & modicos non recipit. Natalem suum plebeis incurrentem Circensibus, vix unius bigæ adjectione honorari passus est. Templâ, flamines, Sacerdotes decerni sibi prohibuit: etiam statuas, atque imagines, nisi permittere se poni: permisitque ea sola conditione, ne inter simulachra deorū, sed inter ornamenta adium ponerentur. Interecessit, & quo minus in acta sua juraretur: & ne mensis September Tiberius, October Livius vocarentur, Præconem quoque Imperatoris, cognomenque Patris patriæ, & civicam in vestibulo coronam recularit. Ac ne Augusti quidem nomen ququam hereditarii, ullis nisi ad Reges, ac dynastas epistolis addidit. Nec amplius quam tres Consulatus, unum paucis diebus, alterum tribus mensibus, tertius abens usque in Idus Majas gefit. Sueton.